




ORDO BAPTIZANDI IVXTA RITVM S. R. Ecclesiæ.

CONTINET ETIAM HIC LIBER complura Sacerdotibus animarum curam gerentibus valde necessaria.

Quæ, Tabula in calce libri posita, plenius indicabit.



VENETIIS, Apud Iohannem Variscum, & Paganinum de Paganinis.

MODVS BAPTIZANDI SECVNDVM ECCLESIAM ROMANAM.



CUm venerit infans ante ianuas ecclesię: sacerdos interroget de noie infantis, ⁊ faciat eum tenere super brachium dextrum, ⁊ dicat. Johannes vel Petre, vel Maria, quid petis ab Ecclesia Dei? Respōdet patrinus. Fidem. Sacerdos. Fides quid tibi pręstat? Respondet patrinus, Vitam ęternam. Sacerdos. Hęc est vita ęterna, Diliges dn̄m Deum tuum ex toto corde tuo, ⁊ ex tota mēte tua, ⁊ primum tuum sicut te ipsum. Hoc est primū, ⁊ maximū mandatū. Et dicat hoc tribus vicibus. Postea insufflet ter in faciem eius, ⁊ dicat. Exi ab eo. vel ab ea immunde spiritus: ⁊ da locū spiritui sancto paraclito. Et idē dicat tribus vicibus. Deinde faciat crucem in fronte, ⁊ in pectore infantis nominando, ⁊ dicat. N. Accipe signaculum ✠ Dei patris omnipotentis tam in fronte, quam in corde: vt pręcepta mandatorum suorum valeas adimplere. Tunc exhalet calido flatu ter in faciem eius, ⁊ dicat. Insufflo te Catechumenū denuo, in virtute spiritus sancti: vt quicquid in te vitij malorum est spiri-

tuum inuasione, per huius exorcismi mysteriũ, gratię sit tibi ipsa virtus purgatio. Oratio.

PReces nostras, q̃s dñe, clemẽter exaudi: & electũ tuum N. crucis dñicę, cuius impres sione eũ vel eam signa ✠ mus virtute custodi: vt magnitudinis glię tuę rudimẽta seruans: per custodiã mãdator̃ tuor̃, ad regenerationis glo riã peruenire mereat. Per Chr̃m dñm nostrũ.

Tunc accipiat sal, & ponat in ore infantis di cens, inuocato nomine eius N. Accipe sal sa pientię, quod propitietur tibi in vitam ęter nam. ℟. Amen. Oremus.

DEus patrum nostrorum: Deus vniuersę cõditor veritatis, te supplices exoramus, vt hunc famulum tuum. N. respicere digneris p pitius, vt hoc primũ pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur cęlesti: quatenus sit semper dñe spiri tu feruens, spe gaudẽs, & tuo nomini semper ser uiens, & perduc eum ad nouę regenerationis la uacrum: vt cum fidelibus tuis, promissionum tuarũ ęterna premia consequi mereatur. Per Chr̃m dñm nostrum. ℟. Amen. Deinde di cat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spũ tuo. Sequentia sancti euangelij secundum Mat theum. ℟. Gloria tibi domine.

IN illo tempore: Oblati sũt paruuli ad Je sũ, vt manus eis imponeret, & oraret. Disci

puli

puli autem increpabant eos. Jesus vero ait, Sinite paruulos, ⁊ nolite eos prohibere venire ad me:talium est enim regnum celorum. Et cum imposuisset eis manus, abijt inde.
Tunc introducat infantē in ecclesiam, ⁊ dicat, Petre, vel Maria intra in cōspectum dñi per manum sacerdotis, vt habeas vitam ęternam. ℞. Amen. Et dicant Pater nr̃. ⁊ Credo in Deum, Et ponāt infantez in pauimento, ⁊ dicto Credo. ⁊ Pater nr̃. Tunc tangat aures ⁊ nares eius cum sputo, dicēs. Effeta, quod est adaperire aures, ⁊ nares, in odorem suauitatis, Tu autem effugare diabole: appropinquabit enim iudicium Dei. Et dicit ei inuocato noīe eius. N. Abrenuncias sathanę? Rñdet patrinus. Abrenuncio. Sacerdos. Et oībus operibus eius? Respondet patrinus. Abrenuncio. Sacerdos. Et oībus pōpis eius. Respōdet patrinus. Abrenūcio. Deinde tāgat ei pectus ⁊ inter scapulas de oleo sctō, faciendo crucem ✠ cum pollice, ⁊ dicat ad eum. Et ego te linio pectus, ⁊ scapulas, oleo salutis, in Christo Jesu Domino nostro, vt habeas vitam ęternam.
Et venientes supra fontem, sacerdos interroget infantem ita dicēs. Quo nomine vocaris? Respondet patrinus N. Item interroget N. Credis in Deum patrem omnipotentē creatorem celi, ⁊ terrę? Respondet patrinus.

Credo. Sacerdos. Credis & in Jesum Christum filium eius, vnicum dominum nostrum, natum, & passum? Rndet patrinus. Credo. Sacerdos. Credis & in spiritum sanctum: sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam eternam? Rndet patrinus. Credo. Deinde dicat ei. Petre vel Maria, vis baptizari? Respondet patrinus. Uolo. Deinde baptizet sacerdos infantem sub trina immersione, sanctam Trinitatem semel inuocans, & dicens. Et ego te baptizo: in nomine patris: ✠ Et mergat semel. Et filij. ✠ Et mergat iterum. Et spiritus sancti. ✠ Et mergat tertio. Ut autem surrexit a fonte faciat presbyter signum crucis ✠ de chrismate cum pollice, in vertice capitis eius dicens hanc orationem. Oremus.

DEus omnipotens, pater Domini nostri Jesu Christi: qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto: quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum: ipse te liniat chrismate olei salutis in vitam eternam. Amen.

Deinde Sacerdos accipiat linteum: & ponat in capite infantis, & dicat hanc orationem.

ACcipe vestem candidam, sanctam, & immaculatam: quam perferas coram Domino nostro Jesu Christo, vt habeas vitam eternam. Amen.

BENE-

BENEDICTIO SALIS, ET AQVAE, secundum consuetudinem Romane Curie, diebus Dominicis facienda.

In primis dicit sacerdos.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit celum, & terram. Deinde dicitur absolute a sacerdote super sal sequens Oro.



Xorcizo te creatura Salis: per Deū viuum: ✠ per Deum verum: ✠ per Deuz sanctum: ✠ per Deum, qui te per Eliseuz prophetaz in aquā mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aque: vt efficiaris sal exorcizatū, in salutez credentiū: vt sis oībus te sumētibus sanitas anime, & corporis: & effugiat, atqz discedat ab eo loco, in quo aspersum fueris: oīs fantasia, & negtia, vel versutia diabolice fraudis, oisqz spūs immundus adiuratus, per eū, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculū per ignem. ℟. Amen. Oratio.

Immensam clementiā tuam omnipotens eterne Deus, humiliter imploramus: vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti: bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris: vt sit omnibus sumentibus sanitas anime, & corporis: vt quicquid ex eo tactum, vel aspersuz fuerit: careat omni immunditia, omniqz impugnatione spiritualis nequitie. Per dñm nostrum Jesum Christuz filium

tuum. Qui venturus. Exorcismus aque.

EXorcizo te creatura aque, in noie Dei pa-
✠ tris omnipotētis: ⁊ in nomine Jesu ✠
Christi filij eius dñi nostri: ⁊ in virtute spiritus
✠ sancti, vt fias aqua exorcizata, ad effugādam
oēm potestatem inimici: ⁊ ipsum inimicū era-
dicare, ⁊ explantare valeas, cū angelis suis apo
staticis. Per virtutē dñi nostri Jesu Christi:
Qui venturus est iudicare viuos, ⁊ mortuos, ⁊
seculum per ignem. ℟. Amen. Oremus.

DEus, qui ad salutem humani generis ma-
xima queque sacramenta in aquarū sub-
stantia condidisti: adesto propitius inuocatio-
nibus nostris: ⁊ elemēto huic multimodis pu-
rificationibus preparato, virtutem tue bene-
✠ dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs
tuis seruiens, ad abigendos demones, mor
bosq; pellendos, diuine gratie sumat effectum,
vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium,
hec vnda resperserit: careat omni immundi-
tia, liberetur a noxa: nō illic resideat spiritus pe
stilens, non aura corrumpens: discedant inde
omnes insidie latentis inimici, ⁊ si qd est quod
aut incolumitati habitantium inuidet, aut quie-
ti, aspersione huius aque effugiat, vt salubri-
tas, per inuocationem tui sancti nominis expe-
tita, ab omnibus sit impugnationibus defensa.
Per dominum. Mittat sal in aquā in modū

Crucis

Crucis dicendo. Commixtio salis, & aque pariter fiat. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiri ✠ tus sancti. ℟. Amen. Deinde dicat sacerdos. Dominus vobiscum. &c. Oremus.

Deus inuicte virtutis auctor: & insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triũphator: qui aduerse dñationis vires reprimis: qui inimici rugientis seuitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expugnas: te dñe tremẽtes, & supplices deprecamur, ac petimus: vt hanc creaturã salis & aque, dignanter aspicias, benignus illustres, & pietatis tue rore sancti ✠ fices: vt vbicunque fuerit aspersa, per inuocationẽ tui sancti nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, & presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuã poscentibus, vbique adesse dignetur. Per dominũ. Deinde dicitur Añа. Asperges me dñe hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuẽ dealbabor. ps. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Gloria patri, &c. Et repetitur Añа. Asperges me. Postea vadat Sacerdos ante gradum maioris altaris Ecclesie, & dicat. ℣. Ostende nobis domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum.



viscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

EXaudi nos dñe sancte, pater oṗs, eterne Deus, et mittere digneris sanctū angeluz tuuz de celis, qui custodiat, foueat, ꝓtegat, visitet, atqz defendat oēs habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dñm. A festo Resurrectionis vsqz ad Pētecosten, loco Añe. Asperges. Aña. Uidi aquā egredientem de templo, a latere dextro, alleluia: et omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt: et dicent, alleluia, alleluia. ṽs. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. ℣. Gloria patri, et fil. Et repetitur Aña. Uidi aquam. ℣. et Oratio, vt supra.

ISTA EST FORMA



ABsolutionis abstracta de formulario dñi Pape, ꝑ habetibus indulgētiā plenariā i mortis articulo. Primo dicat infirmus si potest. Confiteor Deo omnipotenti. Si vero non potest dicat alius loco eius. Postea confessor, cui fuerit generaliter, vel specialiter confessus dicat. Misereatur tui.

Consequenter subiungat, et dicat absolonem.

AUctoritate Dei, et beatorꝝ aplorꝝ Petri, et Pauli: et dñi Pape N. et sancte Romane ecclesie tibi concessa: mihique in hac parte

commissa:

cõmissa: ego te absoluo ab omni sententia ex/ cõmunicationis maioris vel minoris, siquã in/ curristi: in quãtuz mihi cõmittitur, ⁊ restituo te vnitati fideliũ, ⁊ scis sacramẽtis eccl'ię. Itẽ ea/ dez auctoritate, absoluo te ab oĩbus pctis tuis, cõtritis, ꝯfessis, ⁊ oblitis, ⁊ a trãsgressione regu lę, ⁊ statutoꝝ: inquantũ claues sanctę ecclesię se extendunt, ⁊ absoluo te ab oĩbus pęnis, tibi in purgatorio debitis, ꝓpter culpas, ⁊ offensas, quas cõtra Deũ, aĩam tuã, ⁊ proximũ tuũ cõmi sisti, ⁊ restituo te illi innocentię, in qua eras, qñ baptizatus fuisti. Et hoc, si de qua ęgrotas in/ firmitate morieris. Si vero ista vice non mo/ rieris, reseruo tibi plenariã indulgentiã, tibi cõ/ cessã a dño papa: ꝑ vltimo articulo mortis tuę. In noĩe ✠ pr̃is, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ scti. Amen.

¶ Ista est forma absoluendi illos, qui habẽt indulgentiam eligendi sibi semel tantum con/ fessorem, qui eos absoluat ab omni casu etiam pertinente ad dominum Papam.

Dominus noster Jesus Christus te absoluat, ⁊ ego auctoritate ipsius ⁊ beatorum aplõrum Petri, ⁊ Pauli, ⁊ summi Põtificis, mihi commissa, ⁊ ti bi in hac vice cõcessa: absoluo te ab omni vin/ culo excõmunicationis maioris, vel minoris, vel sentẽtia suspensionis, ⁊ interdicti, ⁊ dispen/ so te ab omni irregularitate, siquam incurristi:

⁊ restituo

⁊ restituo te vnioni, ⁊ participationi fidelium, necnō scis sacramentis ecclesie. Iterū absoluo te ab oibus pctis tuis, mihi cōfessis, contritis, ⁊ oblitis, cū circūstantijs eoꝝ, quomodocunque, vel qualitercūque offēdisti creatorē tuū, animā tuam, proximum tuū, ⁊ regulam tuā. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti. Amē.

¶ Ista est alia forma absolutionis absoluendi a minori excommunicatione.

Absoluo te a vinculo excōmunicationis huius, quā cōfessus es: ⁊ ab alia si teneris in quantū possumus, ⁊ debemus: ⁊ restituimus te ecclesiasticis sacramentis. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti. Amen.

¶ Absolutio, quam debent facere confessores quando audiunt confessionem.

Dominus noster Jesus Christus per suaȝ misericordiam te absoluat: ⁊ ego auctoritate ipsius qua fungor, absoluo te ab oibus peccatis tuis, ⁊ a vinculo excōmunicationis, siquā incurristi, ⁊ a participatione cum excōicatis si teneris: quantū auctoritas mea se extendit, ⁊ restituo sanctis sacramētis ecclīe, ⁊ vnitati fideliū. In noie ✠ pr̄is, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spūs ✠ scī. Amen.

Vel faciant absolutionem sequentem.

Ego absoluo te ab oibus peccatis tuis: q̄ mihi modo cōfessus est: ⁊ ab omnib⁹ alijs quoꝝ memoriā nō habes: ⁊ oia bona, que fecisti, ⁊

sti, ꝛ facturus es: sint ad laudē Dei omnipotētis: ꝛ mala oia q̄ patieris, ꝛ passus es, sint tibi in remissionē omniū peccatorum tuorū. In nomine pa✠tris, ꝛ fi✠lij, ꝛ spiritus✠ sancti. Amen.

ORDO AD COMMVNICANDUM Infirmum.

Cum peruentum fuerit ad locū, vbi iacet infirmus: sacerdos intrans domū dicat. Pax huic domui. ℟. Et oib⁹ habitātibus i ea. Deinde sacerdos accedat ad egrotum: ꝛ in modum crucis aspergat eum aqua benedicta: deinde domum, dicendo Añam. Asperges me. ps. Miserere mei de⁹. ℣. Glia pa. ꝛ Sicut erat. Et repetitur añ. Asperges. Deinde infirmus immediate adoret, ꝛ deosculetur crucem, ꝛ sacerdos dicat absolute hanc orationem.

Dominus nr̄ Jesus Chrs, q dixit discipulis suis, q̄cūq; ligaueritis sup terrā, erūt ligata ꝛ i celis: ꝛ q̄cūq; solueritis sup terrā, erūt soluta ꝛ i celis: de quoꝝ numero q̄q; uis indignos nos esse voluit: ipse te absoluat p ministeriū nr̄m ab omnibus peccatis tuis, quecūque cogitatione, locutione, operatione, negligenter egisti: ꝛ a nexibus peccatoꝝ absolutum, perducere digneť ad regna celoꝝ. Qui cū pře. Postea sacerdos eleuet corpus Domini de calice: ꝛ infirmus adorās dicat: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed

tantum

tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.
Deinde sacerdos tradit infirmo eucharistiam dicens. Accipe frater viaticum corporis Dñi nostri Jesu Chri: qui te custodiat ab hoste maligno, & perducat in vitã ęternam. ℟. Amen.
Postea lauet sibi digitos super calicem cũ vino puro, & aqua, & ꝓpinet infirmo nihil dicens.
Post communionem vero dicat sacerdos. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte, pater oĩps, ęterne Deus: te fideliter deprecamur: vt accipienti fratri nostro sacrosanctum corpus Dñi nostri Jesu Christi filij tui: tam corpori, quam animę prosit ad remedium sempiternum. ℟. Amen.
His peractis, reuertantur ad ecclesiam dicendo totum psalmum. Miserere mei Deus. &c.

ORDO AD VNGENDVM Infirmum.

In primis accipiat sacerdos oleũ sanctum: deinde ordinate procedat cum p̃o. Miserere. vt dictum est supra in cõione. Cum autẽ peruentũ fuerit ad locum, vbi iacet infirmus: sacerdos intrans domum dicat. ℣. Pax huic domui. ℟. Et oĩbus habitantibus in ea. Deinde stans ante ęgrotum dicat. ℣. Adiutorium nostrũ in noĩe dñi. ℟. Qui fecit cęlum & terram. ℣. Dñs vobiscum.

cum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Introeat dñe Jesu Christe domũ hãc sub nostrę humilitatis ingressu ęterna felicitas, diuina prosperitas, serena lętitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dęmonũ: adsint angeli pacis: domumq; hanc deserat effugata discordia. Magnifica dñe super nos nomen sanctum tuum, ⁊ bene ✠ dic nostrę conuersationi: sanctifica nostrę humilitatis ingressum: qui sanctus ⁊ pius es, ⁊ permanes cum patre, ⁊ spiritu sancto in secula seculorum. ℟. Amen.

Oremus ⁊ deprecemur dñm nostrum Jesum Chr̃m, vt benedicendo bene ✠ dicat hoc tabernaculũ: ⁊ oẽs habitantes in eo, ⁊ det eis angelũ bonũ custodẽ, ⁊ faciat eos sibi seruire ad cõsiderãdum mirabilia de lege sua: auertat ab eis oẽs ꝯtrarias potestates, eripiat eos ab oĩ formidine, ⁊ ab omni ꝑturbatione: ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorũ. ℟. Amen. Deinde dicat.

Exaudi nos domine sancte, pater omnipotens, ęterne Deus, ⁊ mittere digneris sanctum angelum tuum de cęlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde

Deinde in modū crucis aspergat egrotum aqua benedicta: postea domum dicendo añam. Asperges me dñe. cum Miserere. Gloria pa. ꝛ Sicut erat. Et repetit Añā. Aspges. vt su. Deinde egrotus faciat ꝯfessionē: ꝛ dicat Confiteor Deo. Quo dicto oēs sacerdotes astātes dicant legendo septem psalmos penitentiales. Dum aūt psalmi dñr: vel cū dicti fuerint, sacerdos intincto pollice in oleo scō dicat absolute.

IN nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spiritus ✠ sancti: extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuū nostrarum: immo per inuocationem omniū sanctorum angelorū, archangeloꝝ, patriarcharum, prophetarum, apostolorū, martyrum, confessorum, virginum, atque omniū simul sanctorū. ℞. Amē.

Quo dicto cum pollice faciat signum crucis de oleo sancto in corpore egri in septem locis subscriptis: ad vnamquamque crucem propriam orationem dicendo. ¶ Ad oculos.

PEr istam sanctam vn ✠ ctionem ꝛ suam pijssimam misericordiam, parcat tibi dñs, quicquid oculorum vitio deliquisti. Amen.

Similiter vero tergat locum vnctum cū stupa: reponens eam in vase mundo, ꝛ sic faciat post quamlibet vnctionem. ¶ Ad aures.

Per istam sanctam vn ✠ ctionem ꝛ suam pijssimā misericordiam, parcat tibi dñs, quicquid

aurium

aurium vitio deliqsti. ℟. Amē. ¶ Ad nares. Per istā sanctā vn ✠ ctionem ꝛ suā pijssimam misericordiam: parcat tibi dn̄s, quicquid narium vitio deliquisti. ℟. Amē. ¶ Ad labia. Per istam sanctā vn ✠ ctionē ꝛ suā pijssimam misericordiam: parcat tibi dominus, quicquid lingue vel oris vitio deliquisti. ℟. Amen.
¶ Ad manus. Per istā sanctā vn ✠ ctionem ꝛ suā pijssimam misericordiā: parcat tibi dn̄s, quicquid tactus vitio deliquisti. ℟. Amen.
¶ Ad pedes. Per istā sanctā vn ✠ ctionem ꝛ suā pijssimā misericordiam: parcat tibi dn̄s, quicquid incessus vitio deliquisti. ℟. Amen.
¶ Ad lūbos. Per istā sanctam vn ✠ ctionē ꝛ suam pijssimā misericordiam: parcat tibi dn̄s, quicquid lumborꝫ vitio deliquisti. ℟. Amen.
Quibꝰ oibus peractis, ꝛ a clericis, psalmis ꝛ litanijs lectis, sacerdos dicat Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. ℣. Pater nr̄. sub silentio. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluū fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantē in te. ℣. Mitte ei dn̄e auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eū. ℣. Esto ei dn̄e turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil pficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniqtatis nō apponet nocere ei. ℣. Dn̄e exaudi orōnem meā. ℟. Et clamor meus ad te. ℣. Dn̄s vobiscuꝫ. ℟. Et cū spū tuo. Oremus.

DOmine Deus, qui per apostolum tuum locutus es, Infirmatur qs in vobis: inducat presbyteros Ecclesię, & orent super eũ, vngẽtes eum oleo sancto in nomine dñi, & oratio fidei saluabit infirmuz, & alleuiabit eum dñs, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Cura quęsum⁹ redemptor noster gratia Spiritus sancti languores istius infirmi, & sua sana vulnera: eiusqz dimitte peccata, atqz dolores cũctos cordis & corporis ab eo expelle, plenamqz ei interius, exteriusqz sanitatem misericorditer redde: vt ope misericordię tuę restitutus, ad pristina reparetur officia. Qui cũ patre, & spiritu sancto viuis, & regnas in secula seculorum. ℟. Amẽ.

REspice quęsumus domine, famulũ tuum N. fratrem nostruz in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animam refoue quã creasti: vt castigationibus emendatus, se tua sentiat medicina saluatum. Per Christum dominum nostrum. Oremus.

DOmine sancte, pater omnipotens, ęterne Deus, qui benedictionis tuę gratiam ęgris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem tui nominis benignus assiste, vt famulum tuum N. ab ęgritudine liberatum, & sanitati donatũ, dextera tua erigas, virtute cõfirmes, potestate tuearis, atqz Ecclesię tuę sanctisqz altaribus

tuis,

tuis, cũ omni desiderata prosperitate restitua
Per Christũ dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Orem
Dominus Jesus Christus apud te sit,
te defendat: intra te sit, vt te reficiat: c
ca te sit, vt te conseruet: ante te sit, vt te dec
cat: post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt
bene ✠ dicat. Qui in Trinitate perfecta vi
& regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Postea stuppa proijciatur in ignem.
His omnibus peractis reuertantur ad Ecc
siam, & Crux remaneat coram infirmo.



De recõmẽdatione animę faciẽ
Primũ Sacerdos ingrediens
merã infirmi dicat. Pax huic
mui. ℟. Et oĩb⁹ habitãtib⁹ i

Postea accedens ad infirmum, eum du
ter salutet, & consoletur. Et si viderit eũ m
proximum, si tamen adhuc sit capax ratio
hortetur eum ad plenam subiectionem su
sius diuinę bonitati, & voluntati. Et cum vi
rit eum paratum ad moriendum, sacerdos
tat ab eo infrascriptas petitiones per ordin
morose, & distincte, vt eas infirmus perci
re posit, videlicet, dicat Sacerdos.

Credis frater carissime omnes articulos
dei, & totam sacram scripturam secundũ ex
sitionem sanctoꝝ doctorum, & catholicoru
Respondeat infirmus. Credo. Sacerd

Detestaris tu, ꝛ reprobas oēs hereses, ꝛ supsti/
tiones a sācta matre Ecclesia catholica dāna/
tas, ꝛ reprobatas? Rn̄deat infirmus. Repro/
bo. Sacerdos. Gaudes mori in fide dn̄i no/
stri Jesu Chr̄i? Respōdeat infirm⁹. Gaudeo.
Sacerdos. Cognoscis te multum offendisse
dn̄m Deum creatorē tuum, a quo tanta benefi/
cia recepisti, a quo habes quicquid boni ha/
bes? Respondeat infirmus Cognosco. Sa/
cerdos. Doles ex corde de omni offensa con/
tra dn̄m Deum, ꝛ teipsum, ꝛ proximū tuū qua/
litercunqꝫ commissa? Respondeat infirmus.
Doleo. Sacerdos. Doles de omni negligē/
tia, ꝛ omissione bene operandi, ꝛ de contemptu
gratiarum a dn̄o Deo tibi datarum? Respon/
deat infirmus Doleo. Sacerdos. Doles de
hoc, nō timore mortis, vel cuiuscunqꝫ pene, sed
solū ex cōsideratione offense diuine bonitatis,
quā offendisti? Respondeat infirmus. Doleo.
Sacerdos. Desideras recordari omnium
peccatoꝝ tuoꝝ oblitoꝝ, vt de ipsis habere pos
sis specialem contritionem, ꝛ dolorem, ꝛ peni/
tentiam? Respondeat infirmus. Desidero.
Sacerdos. Proponis de cetero, si Deo pla/
cuerit, te de hac egritudine sanari, deinceps
toto tempore vite tue cauere a peccatis mor/
talibus, ꝛ vitam tuam mutare, ꝛ potius quod/
cunqꝫ damnū tēporale, ꝛ corporalē mortem su/
stinere,

stinere, quã de cetero Deũ per peccatũ mortale offendere? Respondeat infirm⁹. Propono. Sacerdos. Roga Deũ, vt te in hoc sancto proposito conseruet. Respondeat infirmus. Rogo. Sacerdos. Parcis omnib⁹ inimicis tuis, qui verbo, vel facto, tibi, vel tuis in aliquo nocuerunt, amore dñi Dei tui, a quo etiã tu veniam tuoꝝ peccatoꝝ petis, ⁊ hoc nõ solũ verbo, sed corde, ⁊ firma volũtate? Respondeat infirmus. Parco. Sacerdos. Uis omnia integre restituere illis, a quib⁹ acquisiuisses, recepisses, vel habuisses, per te vel per alios iniuste, ⁊ indebito modo, ⁊ per hoc totã facultatez tuã, si totaliter satisfacere nõ posses exponere, ⁊ eisdẽ renunciare? Respondeat infirmus. Uolo, ⁊ paratus sum. Sacerdos. Credis non proprijs meritis, sed passionis domini nostri Jesu Christi virtute, ⁊ merito, ad gloriã peruenire? Respondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Credis ꝙ dñs noster Jesus Christus pro nostra salute mortuus sit, ⁊ ꝙ ex proprijs meritis, vel alio modo nullus possit saluari, nisi in merito passionis eius? Rñdeat infirmus. Credo. Sacerdos. Reddis ne ei gratias toto corde quantum potes, ⁊ te ipsius passioni recommẽdas, ⁊ ipsum corde cogitas, ⁊ ore quantũ potes nominas? Respondeat infirmus. Reddo. Sacerdos. Uoles quod non potes recor-

dari de oībus peccatis tuis: quib⁹ dñm Deum offendisti in quocūq; loco, ⁊ cū qualicūq; persona, q̄ si recordareris, cōfitereris integraliter? Respondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles q̄ postquā veniam de peccatis tuis a dño Deo consecutus es: recidiuans reuersus es ad eadem, vel similia, vel maiora peccata? Respondeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Si occurrerit tibi diabolus, ei semꝑ oppone merita passionis Chri. Rn̄deat infirmus. Opponam. Sacerdos. Si te tentauerit de fide: dices te oīa credere, ⁊ cōfiteri, q̄ credit, ⁊ confitetur sancta, catholica, ⁊ apostolica ecclesia. Respondeat infirmus. Dicam. Sacerdos. Si dñs Deus voluerit te ꝫm tua peccata iudicare, dicas. Dñe Deus ego pono mortem dñi mei Jesu Christi inter me ⁊ iudiciū tuū: ⁊ quāuis meruerim ęternā mortē, ꝓpter peccata mea: interpono tamen meritū passionis eiusdē loco meriti, qđ ego miser deberē habere, ⁊ non habeo. Jtē dñe pono eandē passionē, ⁊ mortē dñi mei Jesu Christi inter me ⁊ iram tuam, ⁊ in manus tuas domine commendo spiritum meum. Respondeat infirmus. Dicam, ⁊c.

¶ Nō erit desperādū, vel dubitandū de salute ullius, qui suprapositas petitiones corde crediderit, ⁊ ore confessus fuerit. Finitis prędictis petitionib⁹, cum cęperit in agone mortis infirmus

mus certare: poterunt legi infrapositę passio-
nes, oēs, vel aliquę ipsarū, sicut necesse fuerit,
& etiā repeti. Et cū viderit infirmuz signis eui-
dētib⁹ morti, primū, intermittens passiones, fa-
ciat recommendationē aię, vt infra notatuz est.
Prius tñ infirmus facere debet seq. protestat.

HAE PROTESTATIONES

morientiū reuelatę fuerunt cuidā religioso vi-
ro, in eū finem, ꝙ multi in extremis laborātes,
etiam post sacramentalē cōfessionē, inciderunt
ex diabolica tentatione in baratrum despera-
tionis. Reuelatumqz est, ꝙ nullus, qui ex corde
talia q̄ sequunt fuerit ꝓtestatus, dānari poterit.

¶ Prima protestatio.

IN noīe sctissimę Trinitatis, pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spūs ✠ sancti. Ego N. protestor corā te sanctissime angele Dei, diuina pietate ex vtero matris mihi cōmisso, & coram te patre meo N. & corā oībus vobis circunstantibus, ꝙ in ea vera fide catholica, quā sancta Romana, & apostolica ꝓfitetur ecclesia, & in qua oēs decesserunt sancti, mori desidero, & volo. Nec ad momentū temporis diutius viuere affecto, nisi quantum diuinę placuerit pietati, cui in omnibus conformiter meam subijcio voluntatem.

¶ Secunda protestatio.

¶ Itē protestor ꝙ sub tua angelica ꝓtectione, & adiutorio diuinę gratię discedā, & sic mo-

 ri inten-

ri intẽdo absqꝫ omni desperatione, ꝛ fidei du/
bitatione: ita ꝙ neqꝫ magnitudo, nec numero/
sitas meoꝝ peccaminũ in baratrũ desperatio/
nis me inmergere debent, cum sciam, ꝛ vera/
citer credam, vnam deifici sui sanguinis guttaꝫ
in ara crucis effusam, suffecisse in redemptio/
nem totius humani generis, si ita placitum fuis
set diuinę pietati. ¶ Tertia protestatio.

¶ Protestor ꝙ in casu vbi ex pusillanimita/
te spiritus propter tremendum diuinum iudi/
cium, cui astare habebo, aut dęmonis tentatio/
ne, seu debilitate rationis, quod Deus auertat,
aliquam inciderem desperationẽ, aut fidei du/
bitationem, hoc ipsum pro nunc sana mente
existens, reuoco, casso, ꝛ pro non tali facto ha/
bere volo, eo quod non animo sano, ꝛ delibera
to hoc ipsum eueniet: submittens me totaliter
diuinę pietati. ¶ Quarta protestatio.

¶ Protestor etiam, quod cum diuina miseri/
cordia nulli peccatori cõtrito, ꝛ cõfesso, eamqꝫ
desideranti in remissionẽ suoꝝ peccaminũ de/
negetur, ꝙ eandẽ misericordiam, ꝛ remissioneꝫ
mihi impertiri velit, quã toto corde desidero,
ꝛ peto illã cõsequi per merita amarissimę mor/
tis Christi, ꝛ per virtutem pretiosissimi sangui
nis sui pro me effusi, in ligno sanctissimę crucis
suę, ꝛ per merita, ꝛ preces sanctissimę suę ma/
tris, ꝛ omnium sanctoꝝ angeloꝝ, ꝛ electorum,

¶ Quinta

¶ Quinta protestatio.

¶ Protestor etiam super hanc petitionem, humili prece porrectã, vt diuina pietas me suscipere velit in numerum eoꝝ hoīum, quos ab ęterno pręordinauit in extremo iudicio esse saluandos, ꝛ si inquantum pro meis peccatis exigentibus, tam diu penas purgatorias sustinere debeam: dummodo in ęternum non secludar a sua pietate. ¶ Sexta protestatio.

¶ His protestationibꝰ pręmissis, sanctissime angele dei, tibi extremã meã voluntatem, ꝛ affectionē, pro testamento animę meę commendo, vt tria mihi ex testamento saluatoris impertiri digneris. Primo vnum lachrymosum intuitum, ꝛ dolorosum suspiriũ: ex innumeris doloribus quos in cruce pendens tribus horis viuꝰ habuit ad mitigandum dolorosos meos singultus, gemitus, ꝛ suspiria, quibus nunc premor. Et vt ipsa mater omnis gratię, mecum condiuidere velit vnicum cordis sui virginei gemitum, dolorosumq; suspirium, ac lachrymosum intuitum, ex innumeris, quos sub cruce stando, suspirijs, ꝛ lachrymis habuit, filium redemptorem humani generis intuendo. Suscipiendo me in numerum eoꝝ peccatorum, qui veniam, ꝛ salutē a domino in extremo iudicio, per sua sanctissima merita, ꝛ preces consequuntur.

¶ Secundo succurrat tua angelica pietas, vt

quando

quando miſerum cor meũ ſcindetur, ⁊ anima mea miſera a corpore ſeparabitur, tunc inueniã placabilẽ iudicẽ: intuitu illius diuinę charitatis, in qua amoroſum cor ſuum ſcindebatur in cruce pro ſalute mundi, ⁊ ſua diuiniſſima anima a diuiniſſimo corpore ſeparabatur.

¶ Ultimo ſanctiſſime angele Dei, commendo tibi extremam horam vitę meę, vt ⁊ exitum animę meę gubernando, ⁊ ab hoſtibus ſalutis me protegẽdo, ⁊ ſuper has ꝓteſtationes velis eſſe, vbi ⁊ quoties opus fuerit, contra omnia pericula ſalutis, fidelis teſtis, ⁊ protector.

¶ Cum homo eſt in agonia mortis, legende ſunt ſequentes orationes.

¶ Erat qdã Papa, qui dũ ad extrema veniſſet, interrogabat capellanũ ſuũ, virũ idoneũ, ⁊ deuotũ: quẽ plurimũ diligebat: quib⁹ ſuffragiis poſt mortẽ eum vellet apud Deũ iuuare. Qui rñdit, ꝙ oib⁹ modis qb⁹ poſſet, ⁊ q̃cunq; iuberet pro ſalute aię ſuę facere vellet. Et Papa ait. Nõ peto aliud a te ſubſidiũ, niſi dũ videris me in agonia poſitũ, dñicã oõnẽ pro me trib⁹ vicib⁹ dicas, q ſibi libẽtiſſime ꝓmiſit hoc. Ad quẽ Papa, Cũ primum Pr̃ nr̃ dixeris, dic in memoria agonię dñi nr̃i Ieſu Chriſti, vt infra patebit. Cũ ſcḋm Pr̃ nr̃ dixeris, dic in memoriã oĩum paſſionum dñi nr̃i Ieſu Chriſti, vt infra. Cũ dixeris tertiũ Pr̃ nr̃, dic in honorẽ ineffabilis

bilis charitatis dñi nr̃i Jesu Christi, vt infra.
¶His dictis promisit capellan⁹ hec oĩa se libenter facturũ, quod ⁊ fecit cũ diligentia, ⁊ deuotione, qua potuit. Post mortẽ reuersus est Papa splendidus ad eũ, ⁊ coruscãs, grates immensas sibi referens, ⁊ dicens ab omni pena se fuisse liberatũ. Nam post primum Pater noster dñs noster Jesus Christus sudorem suum sanguineum pro me patri ostendens, omnẽ meam propulsauit angustiam. Post secũdum Pater noster per amaritudinem omnium passionum suarũ oĩa peccata mea vt nubẽ deleuit. Post tertium Pater noster, per charitatem suam celos reserauit, ⁊ me cum gaudio introduxit.
¶Isti sunt tres Pater noster, ⁊ tres Aue Maria, cum tribus orationibus que debent dici pro animabus morientium, ⁊ plurimum eis prodest, si dicantur deuote.
¶In primis dicat. **kyrie eleis. Christe elei. kyrie eleison.** Pater nr̃. Aue Maria. Orõ.

Domine Jesu Christe, per agoniã, ⁊ orationẽ tuam sanctissimam, qua orasti pro nobis in monte Oliueti, quãdo factus est sudor tuus, sicut gutte sanguinis decurrentis in terrã, obsecro te vt multitudinem sudoris tui sanguinei, quẽ pre timoris tui angustia, copiosissime pro nobis effudisti, offerre, ⁊ ostẽdere digneris Deo patri omnipotenti, contra multitudinem

omniũ peccatoꝝ huius famuli, vel famulę tuę: ⁊ libera eũ in hac hora mortis suę ab omnibus angustijs suis, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cũ patre, ⁊ spũ sctõ viuis, ⁊ reg. Secundum. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleis. Pater noster. Aue Maria. Oro.

DOmine Jesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in Cruce: obsecro te, vt omnes amaritudines passionum, ⁊ pęnarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in Cruce: maxime in illa hora quando sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo sanctissimo: offerre, ⁊ ostendere digneris Deo patri omnipotenti pro anima huius famuli tui, vel famulę tuę ⁊ libera eam in hac hora mortis ab omnibus peccatis, ⁊ passionibus, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas. Tertium. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Aue Maria. Oro.

DOmine Jesu Christe, qui per os prophetę dixisti: in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui, obsecro te, vt eandem charitatem tuam, quę de cęlo ad terram, ad tolerandas omnium passionum tuarũ amaritudines te attraxit: offerre, ⁊ ostendere digneris Deo patri omnipotenti pro anima huius famuli tui, vel famulę tuę, ⁊ libera eam

ab

ab omnibus passionibus, & penis: quas pro peccatis suis timet se meruisse, & salua animam eius in hac hora exitus sui in gloria eterna: & tu pijssime domine Jesu Christe, qui redemisti nos preciosissimo sanguine tuo: miserere anime famuli tui, vel famule tue, & eam introducere digneris ad semper virentia, & amena loca paradisi, vt viuat ibi amore inuisibili, qui a te, & ab electis tuis separari nunquam potest. Qui cum patre, & spiritu sancto viuis, &c.

¶ Postea si adhuc vixerit, subiungende sunt intrascripte orones, cum totidez. Aue Maria.

¶ Orationes ad beatam gloriosamque Virginem Mariam.

¶ Prima oratio.

MEdiatrix Dei, & hominũ, & fons misericordie, indesinẽter effundẽs riuos copiose gratie Maria. Te rogo dulcissima mater dñi nostri Jesu Christi per illã perturbationẽ, quã habuisti in corde tuo pijssimo: tunc, & deinceps cũ Simeon sanctus, & senex prophetando diceret. Tuam ipsius animam pertransibit gladius: vt petas quatenus idem benedictus filius tuus de largissima clemẽtia suã donet huic famulo tuo, vel famule tue, per eandem perturbationẽ tuam, indulgentiã oium peccatorum suorum. Et vt me, & eum liberet ab omnibus malis, preteritis, presentibus, & futuris. Amen.

¶ Secunda

¶ Secunda Oratio.

MEdiatrix Dei, ⁊ hoīum, ⁊ pacis ęternę cōdimentū Maria, te interpello speciosissima regina cęli, p illā dolorosam perturbationē, quā habuisti in corde tuo benignissimo, pro eo ꝙ filiū tuū amantissimū per triduū amiseras, vt roges eū, quatenꝰ ipse ꝑpter eandē turbationem tuā huic famulo tuo vel famulę tuę, dignetur dare plenā cognitionē, perfectā contritionē, puram cōfessionē, spem firmam, certā securitatē, a Deo nunquā separādi: ⁊ ita perfectum, ⁊ verū amorē, vt cum illo amore tantam mercedem mereatur in cęlo acquirere, ac si ei multis annis, cum perfectione sanctissimę vitę diligentius seruiuisset. Amen. Aue Maria.

¶ Tertia Oratio.

REparatrix debilium, ⁊ vulneratę animę efficacissima medicina Maria, te peto gloriosa domina, per illam perturbationē, quā habuisti in corde tuo clementissimo, pro eo ꝙ perfidi Iudęi captiuauerunt, ⁊ detinuerunt desiderabilē vnigenitū vteri tui filiuꝫ: de quo cognouisti in spiritu, quod volebat, ⁊ quod pati debebat pro salute humani generis: quatenus depreceris eundē filium propitiatorē seculi, vt ipse propter eandē turbationē tuam de omni captiuitate, ⁊ ab omni tribulatione corporis, ⁊ animę, angustiarum, ⁊ periculoꝝ, ⁊ tentationibus

bus dęmonum, famulum tuum clementer eri/piat, ⁊ ab omnibus malis in perpetuum tuea/tur. Amen. Aue Maria.

¶ Quarta Oratio.

Illuminatrix cęcorum, lucerna salutiferę gratię Maria, te flagito dulcissima ma/ter Dei, per illam turbationem tuam, quam habuisti in corde tuo propitiatissimo, pro eo quod amatissimus filius tuus a Judęis cru/delissimis in conspectu tuo, cum clauis acutissi mis absque vlla miseratione, viuificę crucis patibulo fuit affixus: vt postules ab eodem fi/lio tuo, quatenus per eandem turbationem tuam, ignem veri amoris, per ignem amoris ⁊ passionis suę, in corde huius famuli tui accen dat, qua ipse Summus Sacerdos ligno cru/cis ipsum subijciat, nutriat, ⁊ in altari cordis eius iugiter ardeat, ⁊ flammescat, in comme/moratione suę sanctissimę passionis, ⁊ mortis, vt eiusdem sacratissime passionis suę nunquã obliuiscatur. Et si ex infirmitate valida, vel ex alia causa quacunque impediente, memor es/se nequiuerit, per eundem acerbę passionis suę dolorem, in hora mortis suę ex multiplici mi/seratione sua, tantam mercedem in cęlis per/cipere mereatur, ac si omnes dies suos con/sumpsisset in memoria suę sacratissimę passio/nis. Amen. Aue Maria.

¶ Quinta

¶ Quinta Oratio.

ADuocatrix omnium peccatorum, quos damnabiliter moles vitiorum deprimit: finisqꝫ nostrę miserię Maria, te deprecor venerabilissima mundi domina, per illam intolerabilem turbationem, quam habuisti in corde tuo benignissimo, in illa hora cum filius tuus cunctis desideratus gentibus, ac omnibus vere amabilis de cruce depositus, cum recentibꝰ vulneribus, ⁊ proprio sanguine rubricatꝰ, datus fuit a Joseph in sinuꝫ tuum, qui est corona iucunditatis omnium beatoruꝫ in cęli solio, ut propter eandem perturbationem tuam: ipse famulum suum pręuenire dignetur abundantia gratiarum suarum, ⁊ copiosę misericordię suę, ut det corpus suum, ⁊ animam suam in potestatem tuam, ⁊ in sinū pijssimę misericordię tuę: quam cunctis deuote postulantibus clementer aperis in ęternum, Et ad illum sinum gemebundum sic eum recipi affectuosissime deprecor: propter illum dulcissimum infantulum tuum candidum, ⁊ rubicundum: electum ex millibus, qui thesaurus totius felicitatis tuę extitit, ⁊ est. Quem in sinu tuo delicatissimo proprijs lactasti uberibus, ut in pręsenti uita, ⁊ pręcipue in extremis suis te uidere mereatur cum gaudio, ⁊ tuę miserationi regratiari ualeat in secula seculorum. Amen.

¶ Ordo

COMMENDATIONIS ANIMAE.

Kyrie eleis. Christe eleison. Kyrie eleis.
Sancta Maria. ora pro eo.
Si autem sit femina dicatur. Ora pro ea.
Oẽs sancti Angeli, ⁊ Archãgeli orate pro eo.
Omnis chorus iustorum orate pro eo.
Sancte Abraham ora pro eo.
Sancte Johannes Baptista ora pro eo.
Sancte Joseph ora pro eo.
Oẽs sci patriarchę, ⁊ prophetę orate pro eo.
Sancte Petre ora pro eo.
Sancte Paule ora pro eo.
Sancte Andrea ora pro eo.
Sancte Bartholomęe ora pro eo.
Oẽs sancti apostoli, ⁊ euãgelistę orate pro eo.
Omnes sancti Innocentes orate pro eo.
Sancte Stephane ora pro eo.
Sancte Laurenti ora pro eo.
Sancte Clemens ora pro eo.
Sancte Uincenti ora pro eo.
Omnes sancti martyres orate pro eo.
Sancte Siluester ora pro eo.
Sancte Augustine ora pro eo.
Sancte Nicolae ora pru eo.
Sancte Zenobi ora pro eo.
Oẽs sancti põtifices, ⁊ cõfessores orate pro eo.
Sancte Benedicte ora pro eo.
Sancte Francisce ora pro eo.

Sancte Bernarde ora pro eo.
Sancte Dominice ora pro eo.
Oēs sancti monachi, & eremitę orate pro eo.
Sancta Maria Magdalena ora pro eo.
Sancta Lucia ora pro eo.
Sancta Catharina ora pro eo.
Sancta Reparata ora pro eo.
Oēs sanctę virgines, & viduę orate pro eo.
Omnes sancti, & sanctę Dei orate pro eo.
Propitius esto libera eum domine.
Ab ira tua libera eum domine.
A mala morte libera eum domine.
A pęnis inferni libera eum domine.
A potestate diaboli libera eum domine.
Ab omni malo libera eum domine.
Per crucem & passionem tuam libe. eum dñe.
Per mortem tuam libera eum domine.
Per sanctam sepulturã tuam, libera eum dñe.
Per sanctã resurrectionē tuã, libera eum dñe.
Per admirabilē ascensionē tuam, libe. eũ dñe.
Per grãm spũs sancti paracliti libera eũ do.
In die iudicij libera eum domine.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut ei parcas te rogamus audi nos.
Ut ei indulgeas te rogamus audi nos.
Ut ad veram pęnitentiam eum perducere digneris, te rogamus audi nos.
Kyrie eleison. Christe eleisõ. Kyrie eleison.

Deinde

Deinde cum in agone sui exitus anima visa fuerit anxiari: dicantur he orationes.

PRoficiscere aia christiana de hoc mũdo: In noie dei pa ✠ tris omnipotẽtis, q te creauit. In noie Jesu Chri ✠ sti filij dei viui, q pro te passus est. In noie spũs ✠ sancti, q in te effusus est. In noie angelorum, et archãgelorum. In noie thronorum, et dñationũ. In noie pricipatuũ, et potestatũ. In noie Cherubim, et Seraphin. In noie patriarcharũ, et prophetarũ. In noie sanctorum apostolorum. In noie sanctorum martyrũ, et confessorum. In noie sanctorum monachorum et eremitarũ. In noie virginũ, et oium sanctorum, et sanctarum Dei. Hodie sit in pace locus tuus: et habitatio tua sit in sancta Sion. Per Christum dominum nostrũ. R. Amen. Oremus.

DEus misericors: Deus clemens: Deus, q scḋm multitudinẽ miserationũ tuarum peccata penitẽtiũ deles: et p̃teritorum criminũ culpas, venia remissionis euacuas: respice ꝓpitius sup hũc famulũ tuũ N. et remissionẽ sibi oium peccatorum suorum tota cordis cõfessione poscentẽ deprecatus exaudi. Renoua in eo pijssime pater, qcqd terrena fragilitate corruptũ, vel quicqd diabolica fraude violatũ est: et vnitati corporis ecclesię mẽbrũ redẽptionis annecte. Miserere dñe gemituũ: miserere lachrymarum eius: et nõ habentẽ fiduciã, nisi in tua misericordia: ad tuę

sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum dñm nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Commẽdo te omnipotenti Deo charissime frater: ⁊ ei cuius es creatura cõmitto: ut cũ humanitatis debitũ morte interueniente persolueris: ad auctorem tuũ, qui te de limo terrę formauerat reuertaris. Egrediẽti itaqȝ animę tuę de corpore splẽdidus angelorum cętus occurrat, Iudex apostolorum tibi senatus adueniat, Candidatorum tibi martyrũ triumphator exercitus obuiet, Liliata rutilantiũ te confessorum turma circundet, Iubilantium te virginũ chorus excipiat: ⁊ beatę quietis in sinu patriarcharum te complexus astringat. Mitis, atqȝ festiuus Christi Iesu tibi conspectus appareat: qui te inter assistentes sibi iugiter interesse decernat. Ignores omne quod horret in tenebris: quod stridet in flãmis: quod cruciat in tormẽtis. Cedat tibi teterrimus sathanas cũ satellitibus suis. In aduentu tuo te comitantibus angelis cõtremiscat: atque in ęternę noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, ⁊ dissipentur inimici eius: ⁊ fugiãt qui oderũt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiãt: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Et iusti epulẽtur, ⁊ exultẽt in conspectu Dei. Confundãtur igitur, ⁊ erubescãt oẽs tartareę legiones: ⁊ ministri sathanę iter tuũ impedire nõ audeant.

deant. Liberet te a cruciatu Christus, qui pro
te crucifixus est. Constituat te Christus filius
Dei uiui intra paradisi sui semp amęna uiren/
tia: & inter oues suas te uerus ille pastor agno/
scat. Ille ab oibus peccatis tuis te absoluat: at/
que ad dexteram suam in electorum suorum te sor/
te constituat. Redemptorem tuum facie ad fa/
ciem uideas: & pręsens semper assistens, mani/
festissimam beatis oculis aspicias ueritatem.
Constitutus igitur inter agmina beatorum: con/
templationis diuinę dulcedine potiaris in se/
cula seculorum. R. Amen. Alia oratio.

SUscipe dñe animã famuli tui in locũ spe/
rãde sibi saluationis a misericordia tua.
Amen. Libera dñe animam famuli tui ex oibus
periculis infernorum: & de laqueis pęnarum: & ex
omnibus tribulationibus. Amẽ. Libera dñe ani
mam famuli tui: sicut liberasti Enoch, & Eliam
de cõmuni morte mũdi. Amen. Libera dñe ani/
mam famuli tui: sicut liberasti Noe de diluuio.
Amen. Libera dñe animam famuli tui: sicut li/
berasti Abraham de Ur Chaldęorum. Amen.
Libera dñe animam famuli tui: sicut liberasti
Job de passionibus suis. Amen. Libera do/
mine animam famuli tui: sicut liberasti Isaac
de hostia, & de manu patris sui Abrahę. Amen.
Libera dñe animam famuli tui: sicut liberasti
Loth de Sodomis, & de flamma ignis. Amẽ.

Libera dñe animam famuli tui: sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Aegyptiorum. Amen. Libera dñe animã famuli tui, sicut liberasti Danielẽ de lacu leonum. Amen. Libera domine animam famuli tui: sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis: ⁊ de manu Regis iniqui. Amen. Libera domine anima famuli tui: sicut liberasti Susannam de falso crimine. Amen. Libera domine animam famuli tui: sicut liberasti Dauid de manu Regis Saul, ⁊ de manu Golię. Amen. Libera domine animam famuli tui: sicut liberasti Petrum, ⁊ Paulum de carceribus. Amen. Et sicut beatissimam Theclam virginem, ⁊ martyrem de tribus tormentis atrocissimis liberasti: sic liberare digneris animam huius famuli tui, ⁊ tecum facias in bonis congaudere cęlestibus. Amen.

¶ Alia Oratio.

Commendamus tibi dñe animam famuli tui N. precamurq; te dñe Jesu Christe Saluator mundi: vt propter quam ad terram misericorditer descendisti: patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce domine creaturã tuam: nõ ex dijs alienis creatam: sed a te solo Deo viuo, ⁊ vero: quia non est Deus alius pręter te: ⁊ nõ est secundũ opera tua. Lętifica dñe animã eius in cõspectu tuo: ⁊ ne memineris iniquitatum eius antiquarũ: ⁊ ebrietatum:

ebrietatũ, quas suscitauit furor, siue feruor mali desiderij. Licet enim peccauerit: tamen patrem, ⁊ filium, ⁊ spiritum sanctum non negauit: sed credidit: ⁊ zelum Dei in se habuit: ⁊ Deũ, qui fecit omnia, adorauit. Amẽ. ¶ Alia Oro.

Delicta iuuentutis, ⁊ ignorantias eius ne memineris, quesumus dñe: sed ſm magnam misericordiã tuam memor esto illius, in gloria claritatis tue. Aperiantur ei celi: collętentur illi angeli: in regnũ tuum dñe seruũ tuũ suscipe. Suscipiat eum sanctus Michael Archãgelus Dei: qui militię cęlestis meruit principatũ. Veniãt illi obuiam sancti angeli Dei: ⁊ perducant eum in ciuitatem cęlestem Jerusalem. Suscipiat eũ beatus Petrus Apostolus: cui a Deo claues regni cęlestis tradite sunt. Adiuuet eũ sanctus Paulus: qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Johãnes electus Dei apl's, ⁊ euãgelista: cui reuelata sunt secreta cęlestia. Orent pro illo oẽs sancti apostoli: quibꝰ a dño data est potestas ligandi, atq; soluẽdi. Intercedãt pro eo omnes sancti, ⁊ electi Dei: qui pro Christi nomine, tormenta in hoc seculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus peruenire mereatur ad gloriã regni cęlestis. Pręstante dño nostro Jesu Christo: qui cũ patre, ⁊ spiritu sancto viuit, ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

PASSIO DOMINI NOSTRI Iesu Christi secundum Matthæum.



IN illo tp̄e: Dixit Jesus discipulis suis. Scitis qa post biduum pascha fiet: ⁊ filius hominis tradetur, vt crucifigatur? Tunc congregati sunt principes sacerdotum, ⁊ seniores populi in atriū principis sacerdotuz, qui dicebatur Caiphas: ⁊ cōsilium fecerunt: vt Jesum dolo tenerent, ⁊ occiderent. Dicebāt autem. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cū autē esset Jesus in Bethania, in domo Simonis leprosi: accessit ad eū mulier habēs alabastruz vnguenti preciosi: ⁊ effudit suꝑ caput ipsius recūbentis. Videntes autē discipuli, indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hec? Potuit enim vnguentū istud venūdari multo, ⁊ dari pauperibus. Sciens autez Jesus, ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonū operata est in me. Nā semꝑ pauperes habebitis vobiscū: me autē non semper habebitis. Mittens enim hec vnguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbicunqȝ predicatuz fuerit hoc euangeliū: in toto mundo dicetur, ⁊ quod hec fecit in memoriam eius. Tunc abijt vnus

de duo-

de duodecim, qui dicitur Judas Scariot ad
principes sacerdotu[m], [et] ait illis. Quid vultis mi/
hi dare: [et] ego eu[m] vobis trada[m]? At illi constitue/
runt ei triginta argenteos. Et exinde querebat
opportunitate[m]: vt eum traderet. Prima au[tem] die
azymoru[m], accesserunt discipuli ad Jesum dicen/
tes: Ubi vis paremus tibi comedere pascha?
At Jesus dixit. Jte in ciuitate[m] ad quenda[m]: [et] di/
cite ei. Magister dicit. Te[m]pus meu[m] prope est:
apud te facio pascha cu[m] discipulis meis. Et fe/
cerunt discipuli sicut co[n]stituit illis Jesus, [et] para/
uerunt pascha. Uespere au[tem] facto, discumbebat
cu[m] duodecim discipulis suis: [et] ede[n]tibus illis di/
xit. Amen dico vobis: q[uia] vnus vestru[m] me tra/
diturus est. Et co[n]tristati valde, ceperunt singu/
li dicere. Nunq[ui]d ego sum d[omi]ne? At ipse respon/
dens ait. Qui intingit mecu[m] manum in paropsi/
de: hic me tradet. Filius quide[m] hominis vadit:
sicut scriptu[m] est de illo. Ue aute[m] homini illi, per
que[m] filius hominis tradetur. Bonum erat ei,
si natus non fuisset homo ille. Respondens au/
tem Judas, qui tradidit eum, dixit. Nunquid
ego sum Rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cenanti/
bus autem eis, accepit Jesus pane[m]: [et] benedi/
xit, ac fregit, deditq[ue] discipulis suis, [et] ait. Acci/
pite, [et] comedite: hoc est corpus meum. Et ac/
cipiens calicem, gratias egit: [et] dedit illis di/
cens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim san/
guis

guis meus noui testamenti: qui pro multis ef-
fundetur in remissionē peccatoꝝ. Dico autem
vobis, non bibam amodo de hoc genimine vi
tis, vsq; in diē illum: cum illud bibam vobiscū
nouū in regno patris mei. Et hymno dicto,
exierunt in montē Oliueti. Tunc dixit illis Je
sus. Omnes vos scandalum patiemini in me
in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam
pastorem: ⁊ dispergentur oues gregis. Post-
quam autem resurrexero: pręcedā vos in Ga
lileam. Respondens autem Petrus ait illi. Et
si oēs scādalizati fuerint in te: ego nunquā scan
dalizabor. Ait illi Jesus. Amen dico tibi: qa in
hac nocte, antequā gallus cantet: ter me nega-
bis. Ait illi Petrus. Etiā si oportuerit me mo-
ri tecum, non te negabo. Similiter ⁊ omnes
discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis
in villam, quę dicitur Gethsemani: ⁊ dixit disci
pulis suis. Sedete hic, donec vadam illuc, ⁊
orem. Et assumpto Petro ⁊ duobus filijs Ze-
bedęi: cępit contristari, ⁊ męstus esse. Tunc ait
illis. Tristis est anima mea vsq; ad mortem.
Sustinete hic, ⁊ vigilate mecum. Et progres-
sus pusillum: procidit in faciem suam orans, ⁊
dicens: Pater mi, si possibile est, transeat a me
calix iste. Veruntamen non sicut ego volo: sed
sicut tu. Et venit ad discipulos suos, ⁊ inue-
nit eos dormientes. Et dicit Petro. Sic?

Non potuistis vna hora vigilare mecum? Ui-
gilate, & orate: vt non intretis in tentationem.
Spiritus quidem promptus est: caro autem
infirma. Iterum secundo abiit: & orauit, di-
cens. Pater mi, si non potest hic calix transire,
nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et venit
iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim
oculi eorum grauati. Et relictis illis iterum
abijt, & orauit tertio, eundem sermonem di-
cens. Tunc venit ad discipulos suos, & dixit
illis. Dormite iam, & requiescite. Ecce appro
pinquauit hora: & filius hominis tradetur in
manus peccatorum. Surgite: eamus. Ecce
appropinquauit qui me tradet. Adhuc eo lo-
quente: ecce Iudas vnus de duodecim venit:
& cum eo turba multa, cum gladijs, & fustibus,
missi a principibus sacerdotum, & senioribus
populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis
signum dicens. Quemcunque osculatus fuero,
ipse est, tenete eum. Et confestim accedens
ad Iesum dixit. Aue Rabbi. Et osculatus est
eum. Dixitque illi Iesus. Amice, ad quid ve-
nisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in
Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his
qui erant cum Iesu: extendens manum exe-
mit gladium suum: & percutiens seruum prin-
cipis sacerdotum, amputauit auriculam eius.
Tunc ait illi Iesus. Conuerte gladium tuum
in

in locum suum. Omnes enim qui acceperint
gladium: gladio peribunt. An putas quia non
possum rogare patrem meum: ⁊ exhibebit mi-
hi modo plus quam duodecim legiones ange-
lorum? Quomodo ergo implebuntur scriptu-
rę? Quia sic oportet fieri. In illa hora dixit Je-
sus turbis. Tanquam ad latronem existis cum
gladijs, ⁊ fustibus comprehendere me. Quoti-
die apud vos sedebam docens in templo: ⁊ nō
me tenuistis. Hoc autem totum factum est, vt
adimplerentur scripturę prophetarum. Tunc
discipuli omnes, relicto eo fugerunt. At illi te-
nentes Jesum, duxerunt eū ad Caipham prin
cipem sacerdotum: vbi scribę, ⁊ seniores conue
nerant. Petrus autem sequebatur eum a lon-
ge, vsque in atrium principis sacerdotum. Et
ingressus intro sedebat cum ministris: vt vide-
ret finem. Principes autem sacerdotum, ⁊ om-
ne concilium quęrebant falsum testimonium
contra Jesum: vt eum morti traderent: ⁊ non
inuenerunt: cum multi falsi testęs accessissent.
Nouissime autem venerunt duo falsi testes, ⁊
dixerunt. Hic dixit: Possum destruere tem-
plum Dei: ⁊ post triduū reędificare illud. Et
surgens princeps sacerdotum ait illi. Nihil re
spondes ad ea, quę isti aduersum te testifican-
tur? Jesus autem tacebat. Et princeps sacer-
dotum ait illi. Adiuro te per Deum viuum,
vt

vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei.
Dixit illi Jesus. Tu dixisti. Ueruntamen di/
co vobis, amodo videbitis filium hominis se/
dentem a dextris virtutis Dei, ⁊ venientem
in nubibus cęli. Tunc princeps sacerdotum
scidit vestimenta sua dicens. Blasphemauit:
Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc au/
distis blasphemiam. Quid vobis videtur? At
illi respondentes dixerunt. Reus est mortis.
Tunc expuerunt in faciem eius: ⁊ colaphis
eum cęciderunt. Alij autem palmas in faciem
eius dederunt dicentes. Prophetiza nobis
Christe, quis est qui te percussit? Petrus ve/
ro sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum
vna ancilla dicens. Et tu cum Jesu Galilęo
eras? At ille negauit coram omnibus dicens.
Nescio quid dicis. Exeunte autē illo ianuam,
vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his, qui erant ibi.
Et hic erat cum Jesu Nazareno. Et iterum
negauit cum iuramento, quia non noui homi/
nem. Et post pusillum accesserunt qui sta/
bant: ⁊ dixerunt Petro. Uere ⁊ tu ex illis es:
nam ⁊ loquela tua manifestum te facit. Tunc
cępit detestari, ⁊ iurare, quia non nouisset ho/
minem. Et continuo gallus cantauit. Et re/
cordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixe/
rat: priusquam gallus cantet, ter me negabis.
Et egressus foras fleuit amare. Mane autem
facto:

facto, consilium inierunt omnes principes sa-
cerdotum, ⁊ seniores populi aduersus Jesum,
vt eum morti traderent. Et vinctum adduxe-
runt eum, ⁊ tradiderunt Pontio Pilato pre-
sidi. Tunc videns Judas qui tradidit eum, ꝙ
damnatus esset, penitẽtia ductus, retulit trigin-
ta argenteos principibꝰ sacerdotum, ⁊ seniori-
bus, dicẽs. Peccaui, tradens sanguinẽ iustũ. At
illi dixerunt. Quid ad nos? tu videris. Et pro-
iectis argẽteis in tẽplo recessit, ⁊ abiẽs laqueo
se suspendit. Principes aũt sacerdotum acce-
ptis argenteis dixerunt. Non licet eos mitte-
re in corbonam: qa pretium sanguinis est. Cõ-
silio autem inito, emerunt ex illis agrũ figuli in
sepulturã peregrinoꝝ. Propter hoc vocatus
est ager ille, Aceldema, hoc est ager sanguinis,
vsqꝫ in hodiernũ diẽ. Tunc impletũ est quod
dictum est per Jeremiã prophetã dicentẽ. Et
acceperunt triginta argẽteos, pretiũ appretia-
ti, quẽ appretiauerunt a filijs Jsrael: ⁊ dederũt
eos in agrũ figuli: sicut constituit mihi dñs. Je-
sus autem stetit ante presidem. Et interroga-
uit eum preses dicens. Tu es Rex Judeorũ?
Dicit ei Jesus. Tu dicis. Et cũ accusaretur a
principibus sacerdotum, ⁊ senioribus: nihil re-
spondit. Tunc dicit illi Pilatus. Non audis
quanta aduersum te dicunt testimonia? Et nõ
respondit ei ad vllum verbũ, ita vt miraretur
preses

preses vehementer. Per die aũt solennẽ con-
sueuerat preses dimittere pplo vnũ vinctum,
quẽ voluissent. Habebat aũt vnum vinctũ in-
signẽ, qui dicebatur Barabbas: qui propter se
ditionem missus fuerat in carcerẽ. Congrega-
tis autẽ illis, dixit Pilatus. Quẽ vultis dimit-
tam vobis? Barabbam, an Jesum, qui dicitur
Christus? Sciebat enim q per inuidiã tradi
dissent eum. Sedente autem illo pro tribunali,
misit ad illum vxor eius dicens. Nihil tibi, & iu
sto illi. Multa enim passa sum hodie per vi-
sum ppter eũ. Principes autẽ sacerdotũ, & se-
niores persuaserunt populis, vt peterent Ba-
rabbã, Jesum vero perderẽt. Respondens au-
tem preses ait illis. Quẽ vultis vobis de duo-
bus dimitti? At illi dixerunt. Barabbã. Dicit
illis Pilatus. Quid ergo faciam de Jesu: qui
dicitur Christus? Dicunt oẽs. Crucifigatur.
Ait illis preses. Quid enim mali fecit? At illi
magis clamabant, dicentes. Crucifigatur. Ui-
dens autẽ Pilatus, quia nihil proficeret: sed
magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit ma-
nus coram populo, dicens, Innocens ego sum
a sanguine iusti huius: vos videritis. Et re-
spondens vniuersus populus, dixit. Sanguis
eius super nos, & super filios nostros. Tunc
dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagella
tum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tũc milites

presidis

presidis suscipientes Jesum in pretorio: con-
gregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et
exuentes eum: clamydem coccineam circunde-
derunt ei: & plectentes coronam de spinis, po-
suerunt super caput eius: & arundinem in dex-
tera eius: & genu flexo ante eum: illudebant ei
dicentes. Aue Rex Judeorum. Et expuentes
in eum, acceperunt arundinem & percutiebant
caput eius. Et postquam illuserunt ei: exuerunt
eum clamyde: & induerunt eum vestimentis e-
ius: & duxerunt eum, vt crucifigerent. Exeuntes
autem inuenerunt hominem Cyreneum nomi-
ne Simonem. Hunc angariauerunt, vt tolle-
ret crucez eius. Et venerunt in locum qui dici-
tur Golgotha: quod est Caluarie locus: & de-
derunt ei vinum bibere, cum felle mixtum. Et
cum gustasset, noluit bibere. Postquam au-
tem crucifixerunt eum: diuiserunt vestimenta
eius, sortem mittentes: vt impleretur quod di-
ctum est per prophetam dicentem. Diuiserunt
sibi vestimenta mea: & super vestē meam mise-
runt sortem. Et sedentes seruabant euz. Et im-
posuerunt super caput eius causam ipsius scri-
ptam. Hic est Jesus Rex Judeorū. Tunc cru-
cifixi sunt cum eo duo latrones, vnus a dextris,
& vnus a sinistris. Pretereuntes autē blasphe-
mabant eum mouentes capita sua, & dicentes:
Uah, qui destruis tēpluz Dei, & in triduo illud
reedificas,

reędificas. Salua temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter ꝛ principes sacerdotũ illudẽtes cũ scribis, ꝛ senioribus, dicebãt. Alios saluos fecit: seipsuꝫ nõ potest saluuꝫ facere. Si rex Israel est: descẽdat nunc de cruce, ꝛ credimus ei. Confidit in Deo: liberet euꝫ nũc si vult. Dixit enim, quia filius Dei suꝫ. Idipsum auteꝫ ꝛ latrones, qui crucifixi erant cuꝫ eo, improperabant ei. A sexta aũt hora, tenebrę factę sunt super vniuersam terram, vsqꝫ in horã nonam. Et circa horaꝫ nonaꝫ clamauit Jesus voce magna dicens. Eli, Eli, lãma sabactani? Hoc est. Deus meus, Deus meus: vt quid dereliquisti me? Quidã autẽ illic stantes, ꝛ audientes, dicebant. Eliã vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis, acceptaꝫ spongiam impleuit aceto, ꝛ imposuit arundini, ꝛ dabat ei bibere. Cęteri vero dicebant. Sine, videamus an veniat Elias liberans euꝫ. Jesus autẽ iterum clamans voce magna, emisit spiritum. ✠ Et ecce velũ tẽpli scissum est in duas partes, a summo vsque deorsum. Et terra mota est: ꝛ petrę scissę sunt: ꝛ monumenta aperta sunt: ꝛ multa corpora sanctoruꝫ, qui dormierant, surrexerunt, ꝛ exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, ꝛ venerunt in sanctã ciuitatẽ: ꝛ apparuerũt multis. Centurio autẽ, ꝛ qui cũ eo erant, custodientes Jesum: viso terręmotu, ꝛ his quę fiebant,

bant, timuerunt valde dicentes. Vere filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multe a longe, que secute erant Jesum a Galilea, ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Joseph mater, et mater filiorum Zebedei. Cum sero autem factum esset: venit quidam homo diues ab Arimathia, nomine Joseph, et qui ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum, et petijt corpus Jesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore Joseph, inuoluit illud in sindone munda, et posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, et abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, et altera Maria: sedentes contra sepulcrum.

Altera autem die, que est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum, et Pharisei ad Pilatum, dicentes. Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens. Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, et furentur eum, et dicant plebi, Surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiam: ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulcrum, signantes lapidem, cum custodibus.

¶ Passio

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV Christi secundum Marcum.



IN illo tpe. Erat Pascha ⁊ azyma post biduū, ⁊ q̄rebant summi sacerdotes, ⁊ scribe, q̄uo Jesum dolo tenerent, ⁊ occiderent. Dicebant eniꝫ. Nō in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cū esset Jesus Bethanie, in domo Simonis leprosi, ⁊ recūberet, venit mulier habēs alabastrū vnguēti nardi spicati p̄tiosi, ⁊ fracto alabastro, effudit sup̱ caput ei⁹. Erāt autē q̄dā indigne ferētes intra semetipsos, ⁊ dicētes. Ut q̄d p̱ditio ista vnguēti facta est? Poterat eniꝫ vnguētuꝫ istud venūdari plusq̄ꝫ trecentis denariis, ⁊ dari pauperib⁹. Et fremebāt in eā. Jesus aūt dixit. Sinite eā. Quid illi molesti estis? Bonū opus op̱ata est in me. Semp̱ eniꝫ pauperes habebitis vobiscū: ⁊ cū volueritis potestis illis benefacere: me aūt nō semper habebitis. Qd̄ habuit, hec fecit: p̄uenit vngere corpus meū in sepulturā. Amē dico vobis, vbicunq̄ꝫ p̄dicatū fuerit euāgeliū istud in vniuerso mundo, ⁊ qd̄ hec fecit, narrabit in memoriā eius. Et Judas Jschariotes, vn⁹ de duodeciꝫ, abiit ad sūmos sacerdotes, vt p̱deret eū illis. Qui audiētes gauisi sunt, ⁊ p̱miserūt ei pecu

niam se daturos. Et querebat quõ illuz oppor
tune traderet. Et primo die azymoruz, quando
pascha immolabãt, dicũt ei discipuli. Quo vis
eamus, ⁊ paremus tibi, vt manduces pascha?
Et mittit duos ex discipulis suis, ⁊ dicit eis.
Ite in ciuitatẽ: ⁊ occurret vobis homo, lagenã
aquę baiulãs. Sequimini euz: ⁊ quocunqz in-
troierit, dicite dño domus, quia magister dicit,
vbi est refectio mea: vbi pascha cuz discipulis
meis manducẽ? Et ipse vobis demõstrabit cę-
naculũ grande stratum, ⁊ illic parate nobis. Et
abierũt discipuli eius, ⁊ venerunt in ciuitatez, ⁊
inuenerunt sicut dixerat illis, ⁊ parauerunt pa-
scha. Uespere autẽ facto, venit cũ duodecim, ⁊
discumbentibus eis, ⁊ manducãtibus, ait Jesus.
Amẽ dico vobis, qa vnus ex vobis tradet me,
qui mãducat mecũ. At illi ceperunt cõtristari, ⁊
dicere ei singulatim. Nunqd ego? Qui ait illis.
Unus ex duodecim, qui intingit mecũ manum
in catino. Et filius quidẽ hominis vadit, sicut
scriptũ est de eo. Uę aũt homini illi, per quẽ fi-
lius hoĩs tradetur. Bonũ erat ei, si nõ esset natus
homo ille. Et mãducantibus illis, accepit Jesus
panẽ, ⁊ benedicens fregit, ⁊ dedit eis, ⁊ ait. Su-
mite, hoc est corpus meũ. Et accepto calice, gra
tias agẽs dedit eis. Et biberũt ex illo oẽs, ⁊ ait
illis. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui
pro multis effundet. Amen dico vobis, qꝛ iam
non

non bibã de genimine vitis, vsq3 in diẽ illum, cũ illud bibã vobiscũ nouũ in regno Dei. Et hymno dicto, exierunt in montẽ oliuarũ. Et ait illis Jesus. Oẽs vos scãdalizabimini in me in nocte ista: quia scriptuz est. Percutiã pastorez, ⁊ dispergent oues. Sed postquã resurrexero, precedã vos in Galileã. Petrus aũt ait illi. Et si oẽs scãdalizati fuerint, sed nõ ego. Et ait illi Jesus. Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquã bis gallus vocẽ dederit, ter me es negaturꝰ. At ille amplius loquebat. Et si oportuerit me simul cõmori tibi, nõ te negabo. Similiter aũt ⁊ oẽs dicebant. Et veniunt in prediũ, cui nomẽ Gethsemani, ⁊ ait discipulis suis. Sedete hic donec orẽ. Et assumpsit Petrum, ⁊ Jacobũ, ⁊ Johannem secuz, ⁊ cepit pauere, ⁊ tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea, vsq3 ad mortẽ. Sustinete hic, ⁊ vigilate. Et cũ processisset paululũ, procidit sup terrã, ⁊ orabat: vt si fieri posset, transiret ab eo hora, ⁊ dixit. Abba pater, oĩa tibi possibilia sunt: trãsfer calicẽ hũc a me. Sed non qđ ego volo, sed qđ tu. Et venit, ⁊ inuenit eos dormientes, ⁊ ait Petro. Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecũ? Vigilate, ⁊ orate, vt non intretis in tentationẽ. Spiritus quidẽ promptus est: caro aũt infirma. Et iterũ abiẽs, orauit eundẽ sermonez dicẽs. Et reuersus denuo, inuenit eos dormientes.

tes. Erant eniz oculi eorũ grauati, ⁊ ignorabãt quid responderent ei. Et venit tertio, ⁊ ait illis. Dormite iam, ⁊ requiescite. Sufficit. Uenit hora, ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce qui me tradet prope est. Et adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes, vnus de duodecim, ⁊ cum eo turba multa cum gladijs, ⁊ lignis: missi a summis sacerdotibus, ⁊ scribis, ⁊ senioribus. Dederat autem traditor eis signũ dicens. Quẽcunqz osculatus fuero, ipse est: tenete euz, ⁊ ducite caute. Et cum venisset: statim accedens ad eum ait. Aue Rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in eum, ⁊ tenuerunt eum. Unus autem de circunstantibus educens gladium, percussit seruum summi sacerdotis, ⁊ amputauit illi auriculam. Et respondens Jesus ait illis. Tanquã ad latronẽ existis cum gladijs, ⁊ lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in tẽplo docens, ⁊ non me tenuistis. Sed vt adimpleantur scripturę prophetarũ. Tunc discipuli eius, relinquentes eum, oẽs fugerũt. Adolescẽs autẽ quidaz sequebatur eum amictus sindone super nudo, ⁊ tenuerunt eum. At ille, reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Jesum ad summuz sacerdotem, ⁊ conuenerunt oẽs sacerdotes, ⁊ scribę, ⁊ seniores. Petrus autem a longe secutus est eum, vsqz intro in atriũ summi

sacerdotis,

sacerdotis, ⁊ sedebat cum ministris, ⁊ calefacie-
bat se ad ignē. Summi vero sacerdotes, ⁊ om-
ne concilium quęrebant aduersus Jesum testi-
monium, vt eū morti traderent, nec inueniebāt.
Multi enim testimonium falsum dicebant ad-
uersus euz, ⁊ conuenientia testimonia non erāt.
Et quidaz surgentes, falsum testimonium fere-
bant aduersus eum dicentes. Quoniam nos au
diuimus eum dicentez. Ego dissoluam templū
hoc manufactum, ⁊ post triduuz, aliud non ma-
nufactum ędificabo. Et non erat conueniens
testimonium illorū. Exurgens autem summus
sacerdos in mediū, interrogauit Jesum dicēs.
Non respondes quicquam ad ea, quę tibi obij
ciuntur ab his? Jesus autem tacebat, ⁊ nihil re-
spondit. Rursum summus sacerdos interroga-
bat eum, ⁊ dixit ei. Tu es Christus filius Dei
benedicti? Jesus autem dixit illi. Ego sum. Et
videbitis filium hominis sedenteza dextris vir-
tutis Dei, ⁊ venientē cuz nubibus cęli. Sum-
mus autem sacerdos scindens vestimenta sua,
ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis
blasphemiam? Quid vobis videtur? Qui om-
nes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et
cęperunt quidam conspuere eum, ⁊ velare fa-
ciez eius, ⁊ colaphis eū cędere, ⁊ dicere ei. Pro-
phetiza. Et ministri alapis eum cędebant. Et
cuz esset Petrus in atrio deorsum: venit vna ex

ancillis summi sacerdotis, ꝛ cuz vidisset Petrū
calefacientē se: aspiciēs illū, ait. Et tu cuz Jesu
Nazareno eras? At ille negauit dicens. Neqꝫ
scio: neqꝫ noui quid dicas. Et exijt foras ante
atrium, ꝛ gallus cantauit. Rursus autē cum vi/
disset illū alia ancilla: cepit dicere circunstanti/
bus, Quia hic ex illis est. At ille iterū negauit.
Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant
Petro. Uere ꝛ tu ex illis es: nā ꝛ Galileus es.
Ille aūt cepit anathematizare, ꝛ iurare, qa ne/
scio hoiem istum, quē dicitis. Et statim iterum
gallus cantauit. Et recordatus est Petrus ver
bi, qd̄ dixerat ei Jesus. Priusquā gallus cantet
bis, ter me negabis. Et cepit flere. Et confe/
stim mane cōsilium faciētes summi sacerdotes,
cuz senioribus ꝛ scribis, ꝛ vniuerso cōcilio: vin
cientes Jesuz duxerunt, ꝛ tradiderunt Pilato.
Et interrogauit eū Pilatus. Tu es Rex Ju/
deorū? At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et
accusabant eū summi sacerdotes in multis. Pi
latus autem rursus interrogauit eum, dicens.
Non respondes quicquā? Uides in quantis te
accusant? Jesus autē amplius nihil respondit:
ita vt miraret̄ Pilatus. Per diē aūt festum so/
lebat illis dimittere vnū ex vinctis: quēcunque
petijssent. Erat autez qui dicebat̄ Barabbas,
qui cū seditiosis erat vinctus, qui in seditione
fecerat homicidiū. Et cū ascendisset turba, ce/
pit

pit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus aũt respondit eis, ⁊ dixit. Vultis dimittã vobis regẽ Iudeorũ? Sciebat enim q per inuidiam tradidissent eũ summi sacerdotes. Pontifices aũt concitauerunt turbã, vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autẽ iterum respõdens ait illis. Quid ergo vultis faciã Regi Iudeorũ? At illi iterũ clamauerunt. Crucifige eũ. Pilatus vero dicebat eis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige euz. Pilatus autẽ volẽs populo satisfacere, dimisit illis Barabbã, ⁊ tradidit Iesum flagellis cesum, vt crucifigeretur. Milites autẽ duxerunt eũ intro in atriũ ꝑtorij, ⁊ cõuocant totã cohortẽ, ⁊ induunt eũ purpura, ⁊ imponunt ei plectentes spineam coronã, ⁊ ceperunt salutare eum: Aue rex Iudeorũ. Et percutiebant caput eius arundine, ⁊ cõspuebant eum, ⁊ ponentes genua adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, ⁊ induerunt eũ vestimentis suis, ⁊ educunt illũ, vt crucifigerent eũ. Et angariauerunt preteruntẽ quempiã Simonẽ Cyreneuz venientẽ de villa: patrẽ Alexandri, ⁊ Ruffi, vt tolleret crucẽ eius. Et ꝑducunt eum in Golgotha locũ, quod est interpretatuz, Caluarie locus. Et dabãt ei bibere myrrhatũ vinũ, ⁊ non accepit. Et crucifigentes eũ, diuiserũt vestimenta eius: mittentes sortẽ sup eis: vt qs, qd tolleret. Erat

autem

autem hora tertia, & crucifixerunt eũ. Et erat titulus cause eius inscriptus. Rex Judeorum. Et cũ eo crucifixerũt duos latrones: vnũ a dextris, & aliũ a sinistris. Et adimpleta est scriptura, que dicit. Et cũ iniqs reputatus est. Et ptereuntes blasphemabãt eũ: mouentes capita sua, & dicentes. Uah q destruis tẽplũ Dei, & in tribus dieb⁹ reedificas. Saluũ fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudẽtes ad alterutrũ cũ scribis dicebant. Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluũ facere. Christus rex Israel descẽdat nũc de cruce, vt videamus, & credamus. Et qui cũ eo crucifixi erant, cõuiciabant ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt sup totã terram, vsq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit Jesus voce magna dicens. Eloy Eloy: lãma sabactani? Quod est interpretatum. Deus meus, Deus meus, vt qd dereliquisti me? Et quidam de circunstãtibus audiẽtes dicebãt. Ecce Eliã vocat. Currens autẽ vnus, & implẽs spongiã aceto; circumponẽsq; calamo, potũ dabat ei dicens. Sinite, videamus, si veniat Elias ad deponendũ eũ. Jesus autẽ emissa voce magna, expirauit. ✠ Et velum templi scissum est in duo, a summo vsq; deorsum. Uidẽs autẽ Centurio, qui ex aduerso stabat, qa sic clamãs expirasset, ait: Uere hic homo filius Dei erat. Erant autẽ ibi mulieres de

longe

longe aspiciẽtes: inter quas erat Maria Mag
dalene, ⁊ Maria Jacobi minoris, ⁊ Joseph
mater, ⁊ Salome. Et cum esset in Galilea, se-
quebantur eum, ⁊ ministrabant ei: ⁊ aliȩ multȩ,
quȩ simul cum eo ascenderant Jerosolymam.
ET cũ iam sero esset factũ, qa erat parasce-
ue, qđ est ante sabbathum: venit Joseph
ab Arimathia nobilis decurio, qui ⁊ ipse erat
expectans regnum Dei. Et audacter introiuit
ad Pilatum, ⁊ petijt corpus Jesu. Pilatus au-
tem mirabatur, si iam obijsset. Et accersito Cẽ
turione, interrogauit eum si iam mortuus esset.
Et cum cognouisset a Cẽturione: donauit cor
pus Joseph. Joseph autem mercatus est sin-
donem, ⁊ deponens eum, inuoluit sindone, ⁊ po
suit eum in monumento, quod erat excisum de
petra, ⁊ aduoluit lapidẽ ad ostium monumenti.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV
Christi secundum Lucam.



IN illo tpe. Appropin-
quabat aũt dies festus
azymorũ, qui dicit pascha, ⁊
q̃rebant principes sacerdo-
tum, ⁊ scribȩ, q̃uo Jesum in-
terficerent: timebant vero
plebẽ. Intrauit autẽ satha-
nas in Judã, qui cognomi-
nabatur Jscariotes, vnũ de
duodecim.

duodecim, ⁊ abijt, ⁊ locutus est cũ principibus sacerdotum, ⁊ magistratibus: quemadmodum traderet illum eis. Et gauisi sunt, ⁊ pacti sunt pecuniam illi dare, ⁊ spopondit. Et quęrebat opportunitatem, vt traderet eum sine turbis. Uenit autẽ dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha, ⁊ misit Petrũ, ⁊ Johannẽ dicens. Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. At illi dixerunt. Ubi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatẽ, occurret vobis homo, amphoram aquę portans: sequimini eũ in domum, in quam intrat, ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersoriũ, vbi pascha cum discipulis manducem? Et ipse vobis ostendet cęnaculũ magnum stratum, ⁊ ibi parate. Euntes autem inuenerũt sicut dixit illis Jesus, ⁊ parauerũt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, ⁊ duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequã patiar. Dico enĩ vobis: quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit, ⁊ dixit. Accipite, ⁊ diuidite inter vos. Dico enĩ vobis, quia non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane, gratias egit, ⁊ fregit, ⁊ dedit eis dicens. Hoc est corpus meum: quod pro vobis datur. Hoc facite

cite in meam cōmemorationez. Similiter ⁊ ca
licem postquam cęnauit dicens. Hic calix no/
uum testamentum est in sanguine meo, qui pro
vobis effundetur. Ueruntamen ecce manus tra
dentis me, mecum est in mensa. Et quidē filius
hominis, secunduz quod diffinitū est, vadit. Ue
runtamen vę homini illi, per quē tradetur. Et
ipsi cęperūt querere inter se: qs esset ex eis, qui
hoc facturus esset. Facta est aūt contentio inter
eos: quis eorū videretur esse maior. Dixit autez
eis. Reges gentiū dominantur eorū, ⁊ qui po/
testatē habent super eos, benefici vocātur, vos
autē nō sic. Sed qui maior est in vobis, fiat si/
cut iunior, ⁊ qui pręcessor est, sicut ministrator.
Nā qs maior est? qui recūbit, an qui ministrat?
Nonne qui recūbit? Ego autē in medio vestrū
sum, sicut qui ministrat. Uos autē estis qui per/
māsistis mecū in tentationibus meis. Et ego di
spono vobis, sicut disposuit mihi pater meꝰ, re/
gnum: vt edatis, ⁊ bibatis super mensam meaz
in regno meo, ⁊ sedeatis super tronos, iudican
tes duodecim tribus Israel. Ait autē dn̄s Si/
moni: Simon, ecce sathanas expetiuit vos, vt
cribraret sicut triticū. Ego aūt rogaui pro te, vt
non deficiat fides tua, ⁊ tu aliquando cōuersus,
confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine
tecum paratus sum, ⁊ in carcerem, ⁊ in mortem
ire. At ille dixit. Dico tibi Petre, nō cantabit
hodie

hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et
dixit eis. Quando misi vos sine sacculo, ⁊ pe/
ra, ⁊ calceamentis: nunquid aliquid defuit vo/
bis? At illi dixerũt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed
nunc qui habet sacculũ, tollat similiter ⁊ perã,
⁊ qui non habet, vendat tunicam suam, ⁊ emat
gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc,
hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me.
Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quę
sunt de me, finem habent. At illi dixerunt. Do/
mine, ecce gladij duo hic. At ille dixit eis. Sa/
tis est. Et egressus ibat secundũ consuetudinẽ
in montem oliuarum. Secuti sunt autẽ illum ⁊
discipuli eius. Et cum peruenissent ad locum,
dixit illis. Orate, ne intretis in tentationem. Et
ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapi/
dis, ⁊ positis genibus orabat, dicens. Pater, si
vis, transfer calicem istum a me. Ueruntamen
non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autẽ
illi Angelus de cęlo confortans eum. Et factus
in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor
eius, sicut guttę sanguinis decurrentis in terrã.
Et cũ surrexisset ab oratione, ⁊ venisset ad di/
scipulos suos: inuenit eos dormientes prętri/
stitia, ⁊ ait illis. Quid dormitis? Surgite, ⁊ ora/
te, ne intretis in tentationẽ. Adhuc eo loquen/
te: ecce turba, ⁊ qui vocabatur Judas, vnus
de duodecim antecedebat eos, ⁊ appropin/
quauit

quauit Jesu, vt oscularetur eum. Jesus autem
dixit illi. Juda, osculo filium hominis tradis?
Uidentes autem hi, qui circa ipsuz erant, quod
futurum erat, dixerunt ei. Domine, si percuti/
mus in gladio? Et percussit vnus ex illis ser/
uum principis sacerdotum, ⁊ amputauit auri/
culam eius dexteram. Respondens autem Je/
sus ait. Sinite vsqꝫ huc? Et cum tetigisset au/
riculam eius, sanauit eum. Dixit autem Jesus
ad eos, qui venerant ad se principes sacerdo/
tum, ⁊ magistratus templi, ⁊ seniores. Quasi
ad latronem existis cum gladijs, ⁊ fustibus,
cum quotidie vobiscum fuerim in templo, ⁊
non extendistis manus in me. Sed hęc est ho/
ra vestra, ⁊ potestas tenebrarum. Comprehen/
dentes autem eum, duxerunt ad domum prin/
cipis sacerdotum. Petrus vero sequebatur
eum a longe. Accenso autem igne in medio a/
trij, ⁊ circumsedentibus illis, erat Petrus in
medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quę/
dam sedentem ad lumen, ⁊ euz fuisset intuita, di/
xit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eum di
cens. Mulier, non noui illum. Et post pusilluz
alius videns eum dixit. Et tu de illis es? Pe/
trus vero ait. O homo non sum. Et interuallo
facto quasi horę vnius: alius quidaz affirmabat
dicens. Uere, ⁊ hic cuz illo erat: naz ⁊ Galileus
est. Et ait Petrus. Homo, nescio quid dicis.
Et

Et continuo adhuc illo loquente, cantauit gal
lus. Et conuersus dominus respexit Petrum, ꝛ
recordatus est Petrus verbi Domini, sicut di
xerat. Quia priusquaz gallus cantet, ter me ne
gabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare.
Et viri qui tenebant Jesum, illudebant ei, cędē
tes eum. Et velauerunt eum, ꝛ percutiebant fa
ciem eius, ꝛ interrogabant euz dicentes. Pro
phetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa
blasphemantes, dicebant in eum. Et vt factus
est dies: conuenerunt seniores plebis, ꝛ princi
pes sacerdotum, ꝛ scribę, ꝛ duxerunt illū in con
cilium suum dicentes. Si tu es Christus, dic
nobis. Et ait illis. Si vobis dixero, non crede
tis mihi. Si autē interrogauero, nō responde
bitis mihi, neqꝫ dimittetis. Ex hoc autē erit fi
lius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Di
xerunt autem omnes. Tu ergo es filius Dei?
Qui ait. Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixe
runt. Quid adhuc desideramus testimonium?
Ipsi enim audiuimus ex ore eius. Et surgens
omnis multitudo eorū, duxerunt illum ad Pi
latum. Ceperunt autē illum accusare dicentes,
Hunc inuenimus subuertentem gentē nostraz,
ꝛ prohibentez tributa dari Cesari, ꝛ dicentem
se Christū regē esse. Pilatus autem interroga
uit eum dicens. Tu es Rex Judeorum? At ille
respondens ait. Tu dicis. Ait autem Pilatus

ad

ad principes sacerdotum, et turbas. Nihil inue
nio cause in hoc hoie. At illi inualescebant di-
centes. Cōmouit populuz, docens per vniuer-
sam Judeā: incipiens a Galilea vsqz huc. Pi-
latus autem audiens Galileam: interrogauit si
homo Galileus esset. Et vt cognouit q de He
rodis potestate esset: remisit eū ad Herodē, qui
et ipse Jerosolymis erat istis diebus. Herodes
aūt viso Jesu, gauisus est valde. Erat enim cu-
piens ex multo tēpore videre illū, eo q audie-
rat multa de illo, et sperabat signum aliquod vi
dere ab eo fieri. Interrogabat autē illū multis
sermonibus. At ipse nihil illi respōdebat. Sta
bant autem principes sacerdotū, et scribe, con-
stanter accusantes eum. Spreuit autē illū He
rodes cum exercitu suo, et illusit indutum veste
alba, et remisit ad Pilatuz. Et facti sunt amici
Herodes, et Pilatus in ipsa die. Nam antea
inimici erant ad inuicē. Pilatus aūt conuoca-
tis principibus sacerdotum, et magistratibus, et
plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc ho-
minē, quasi auertentē populū, et ecce ego coraz
vobis interrogās: nullā causam inuenio in ho-
mine isto, ex his, in qbus eū accusatis. Sed neqz
Herodes. Nā remisi vos ad illū, et ecce nihil di
gnū morte actū est ei. Emendatū ergo illuz di-
mittā. Necesse autē habebat dimittere eis per
diem festū vnū. Exclamauit autē simul vniuer-

sa turba dicens. Tolle hunc, ⁊ dimitte nobis
Barabbā. Qui erat ꝑpter seditionē quandam
factam in ciuitate, ⁊ homicidiū, missus in carce-
rem. Iterum autē Pilatus locutus est ad illos,
volens dimittere Jesum. At illi succlamabant
dicentes. Crucifige, crucifige illū. Ille aūt ter-
tio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste?
Nullā causam mortis inuenio in eo. Corripiā
ergo illū, ⁊ dimittā. At illi instabāt vocibꝰ ma-
gnis postulantes vt crucifigeretur, ⁊ inualesce-
bant voces eoꝝ: ⁊ Pilatus adiudicauit fieri pe
titionem eoꝝ. Dimisit aūt illis eū, qui propter
homicidium, ⁊ seditionē, missus fuerat in carce
rem, quem petebant: Jesum vero tradidit vo-
luntati eorū. Et cum ducerent eum, appreben-
derunt Simonē quendā Cyrenēsem, venientē
de villa, ⁊ imposuerunt illi Crucē portare post
Jesum. Sequebatur autem illum multa turba
populi, ⁊ mulierum, quę plangebant, ⁊ lamen-
tabantur eum. Conuersus autez ad illas Jesus
dixit. Filię Jerusalem, nolite flere super me, sed
sup̱ vosipsas flete, ⁊ super filios vestros: qm̄ ec-
ce venient dies, in quibus dicent. Beatę steri-
les, ⁊ ventres, qui non genuerunt, ⁊ vbera, quę
non lactauerunt. Tunc incipient dicere mon-
tibus: cadite super nos: ⁊ collibus, operite nos.
Quia si in viridi ligno hoc faciunt, in arido qd
fiet? Ducebantur autē ⁊ alij duo nequam cum

eo,

eo, vt interficerentur. Et postquã venerunt in locum, qui dicitur Caluarie: ibi crucifixerunt eum, & latrones, vnum a dextris, & alterum a sinistris. Jesus autem dicebat. Pater, dimitte illis: nõ enim sciunt quid faciunt. Diuidẽtes vero vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus expectans. Et deridebant eum principes cum eis dicentes. Alios saluos fecit, seipsũ saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes. Si tu es rex Judeorum, saluũ te fac. Erat aũt & superscriptio scripta sup eum literis grecis, & latinis, & hebraicis. Hic est rex Judeorum. Unus aũt de his, qui pendebãt latronibus: blasphemabat eũ dicens. Si tu es Christus, saluũ fac temetipsum, & nos. Respõdens aũt alter, increpabat eũ dicẽs. Neqȝ tu times deũ, q in eadẽ dãmnatione es. Et nos qdẽ iuste, naȝ digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesũ. Dñe, memento mei, cũ veneris in regnũ tuũ. Et dixit illi Jesus. Amẽ dico tibi: hodie mecuȝ eris in paradiso. Erat aũt fere hora sexta, & tenebre facte sunt in vniuersa terra, vsqȝ in horã nonã. Et obscuratus est sol, & velũ tẽpli scissum est mediũ, & clamans Jesus voce magna ait. Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum. Et hec dicens expirauit. ✠ Uidens autem Centurio quod

factum fuerat: glorificauit deū dicens. Uere hic homo iustus erat. Et oīs turba eoꝝ, qui simul aderāt ad spectaculū istud, ⁊ videbant quę fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autē oēs noti eius lōge, ⁊ mulieres, quę secutę erant eum a Galilęa, hęc videntes.

ET ecce vir noīe Joseph, q erat decurio, vir bonus ⁊ iustus, (Hic nō consenserat consilio, ⁊ actibus eoꝝ) ab Arimathia, ciuitate Judęę: qui expectabat ⁊ ipse regnū Dei. Hic accessit ad Pilatū, ⁊ petijt corpus Jesu. Et depositū inuoluit sindone, ⁊ posuit eum in monumēto exciso, in quo nōdū qsquā positus fuerat.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV Christi secundum Iohannem.



IN illo tpe: Egressus est Jesus cū discipulis suis trans torrentem Cedrō, vbi erat hortus, in quē introiuit ipse, ⁊ discipuli eius. Sciebat autē ⁊ Judas, qui tradebāt eū, locum: quia frequēter Jesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cū accepisset cohortē, ⁊ a pontificibus ⁊ Phariseis ministros, venit illuc cū laternis, ⁊ facib⁹, ⁊ armis. Jesus itaqꝫ sciens omnia quę ventura erant sup eum: processit, ⁊ dixit eis. Quē queritis?

tis? Respōderūt ei. Jesum Nazarenum. Dicit
eis Jesus. Ego sum. Stabat autem ꝛ Judas,
qui tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis.
Ego sum: abierunt retrorsum, ꝛ ceciderunt in
terrā. Iterū ergo eos interrogauit. Quē queri-
tis? Illi autem dixerunt. Jesum Nazarenum.
Respondit Jesus. Dixi vobis qa ego sum. Si
ergo me q̄ritis, sinite hos abire. Ut impleretur
sermo, quem dixit. Quia quos dedisti mihi, nō
perdidi ex eis quemquam. Simon ergo Pe-
trus habens gladiuꝫ, eduxit eum, ꝛ percussit ser-
uum pontificis, ꝛ abscidit auriculā eius dexte-
ram. Erat aūt nomen seruo Malchus. Dixit
ergo Jesus Petro. Mitte gladiū tuum in va-
ginā. Calicē, queꝫ dedit mihi pater, non vis vt
bibam illum? Cohors ergo ꝛ tribunus, ꝛ mini-
stri Judeoꝝ cōprehenderunt Jesum, ꝛ ligaue-
runt eum, ꝛ adduxerunt eum ad Annam primū.
Erat enim socer Caiphe, qui erat pontifex an-
ni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium
dederat Judeis, quia expedit vnum hominem
mori pro populo. Sequebatur autem Jesum
Simon Petrus, ꝛ alius discipulus. Discipu-
lus autē ille erat notus pontifici, ꝛ introiuit cuꝫ
Jesu in atrium pontificis. Petrus autē stabat
ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius,
qui erat notus pontifici, ꝛ dixit ostiarie, ꝛ intro-
duxit Petrū. Dixit ergo Petro ancilla ostia-

 ria.

ria. Nunquid ⁊ tu ex discipulis es hominis istius? Dixit ille. Non sum. Stabant autem serui, ⁊ ministri ad prunas, quia frigus erat, ⁊ calefacie/bant se. Erat autem cum eis Petrus stans, ⁊ calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Je/sum de discipulis suis, ⁊ de doctrina eius. Re/spondit Jesus. Ego palam locutus sum mun/do. Ego semper docui in synagoga, ⁊ in tem/plo: quo omnes Judei conueniunt. Et in oc/culto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciūt, quę dixerim ego. Hęc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapā Jesu dicens. Sic respondes pon/tifici? Respondit ei Jesus. Si male locutus sū, testimonium perhibe de malo. Si autem be/ne, quid me cędis? Et misit eum Annas ligatū ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, ⁊ calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nunquid ⁊ tu ex discipulis eius es? Nega/uit ille, ⁊ dixit. Nō sum. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Pe/trus auriculam. Nonne ego te vidi in horto cū illo? Iterum ergo negauit Petrus, ⁊ statim gal lus cantauit. Adducunt ergo Jesum a Caipha in prętorium. Erat autem mane, ⁊ ipsi non in/troierunt in prętorium, vt non contaminarētur, sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo Pila

tus ad eos foras, ⁊ dixit. Quam accusationē af
fertis aduersus hominem hunc? Responderūt,
⁊ dixerunt ei. Si non esset hic malefactor, non
tibi tradidissemus euꝫ. Dixit ergo eis Pilatus.
Accipite eum vos, ⁊ secundum legem vestram
iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudei. Nobis
non licet interficere quenquam. Ut sermo Iesu
impleretur, queꝫ dixit: significans qua morte es/
set moriturus. Introiuit ergo iterum in preto/
rium Pilatus, ⁊ vocauit Iesum, ⁊ dixit ei. Tu
es rex Iudeorū? Respondit Iesus. A temetip/
so hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respō
dit Pilatus. Nunquid ego Iudeus sum? Gens
tua, ⁊ Pontifices tradiderunt te mihi. Quid
fecisti? Respondit Iesus. Regnum meum non
est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset re/
gnum meum, ministri mei vtique decertarent,
vt non traderer Iudeis. Nunc autem regnum
meum, non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus.
Ergo rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis
quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, ⁊ ad
hoc veni in mundum, vt testimonium perhi/
beam veritati. Omnis, qui est ex veritate, audit
vocem meam. Dicit ei Pilatus. Quid est veri/
tas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iude
os, ⁊ dicit eis. Ego nullam inuenio in eo cau/
sam. Est autem consuetudo vobis, vt vnū dimit
tam vobis in pascha. Vultis ergo, dimittam vo

bis regē Judeoꝝ? Clamauerunt rursum oēs, dicentes. Nō hunc, sed Barabbā. Erat autem Barabbas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, ꝛ flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis imposuerunt capiti eius; ꝛ veste purpurea circundederūt eū, ꝛ veniebant ad eū, ꝛ dicebant. Aue rex Judeorum. Et dabāt ei alapas. Exiuit ergo iterum Pilatus foras, ꝛ dicit eis. Ecce adduco eū vobis foras, vt cognoscatis, qa in eo nullā causam inuenio. Exiuit ergo Jesus portanꝫ spineam coronā, ꝛ purpureuꝫ vestimentū. Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo vidissent eū pontifices, ꝛ ministri, clamabant dicētes. Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Accipite eum vos, ꝛ crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo causam. Responderunt ei Judei. Nos legē habemus, ꝛ secundū legeꝫ debet mori: qa filium Dei se fecit. Cū ergo audisset Pilatus hunc sermoneꝫ, magis timuit. Et ingressus est pretoriuꝫ iterū, ꝛ dicit ad Jesum. Unde es tu? Jesus autē responsum nō dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, ꝛ potestateꝫ habeo dimittere te? Respondit Jesus. Non haberes potestatē aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi: maius peccatum habet. Et exinde querebat Pilatus dimit

tere

tere eũ. Judei aũt clamabant, dicẽtes. Si hunc
dimittis, non es amicus Cesaris. Oĩs eniꝫ, qui
se regem facit, contradicit Cesari. Pilatus er-
go cũ audisset hos sermones, adduxit foras Je-
sum, ⁊ sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Li
thostrotos: hebraice autẽ Gabatha. Erat autẽ
parasceue pasche, hora quasi sexta: ⁊ dicit Ju-
deis. Ecce Rex vester. Jlli autem clamabant.
Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus.
Regẽ vestrum crucifigã? Responderunt ponti
fices. Non habemus regem, nisi Cesarem. Tũc
ergo tradidit eis illũ, vt crucifigeretur. Susce-
perunt autẽ Jesum, ⁊ eduxerunt. Et baiulans
sibi crucem, exiuit in eũ, q dicitur Caluarie, lo-
cum, Hebraice autẽ Golgotha: vbi eum cruci
fixerunt. Et cum eo alios duos hinc, ⁊ hinc: me-
dium autem Jesum. Scripsit autem ⁊ titulum
Pilatus, ⁊ posuit super crucem. Erat autẽ scri
ptũ. Jesus Nazarenus rex Judeoruꝫ. Hunc er-
go titulũ multi legerũt Judeorũ, qa prope ciui-
tatem erat locus, vbi crucifixus est Jesus. Erat
aũt scriptũ Hebraice, Grece, ⁊ Latine. Dice-
bant ergo Pilato pontificos Judeorum. Noli
scribere, Rex Judeorũ, sed quia ipse dixit: Rex
sum Judeoꝝ. Respondit Pilatus. Quod scri-
psi, scripsi. Milites ergo cũ crucifixissent eum,
acceperunt vestimenta eius, ⁊ fecerunt quatuor
partes: vnicuiqꝫ militi partẽ, ⁊ tunicam. Erat

autem

autem tunica inconsutilis: desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non scindamus eam, sed sortiamur de ea, cuius sit. Ut scriptura impleretur dicẽs. Partiti sunt vestimenta mea sibi, ꝛ super vestem meam miserũt sortẽ. Et milites quidem hęc fecerunt. Stabant autẽ iuxta crucem Jesu, mater eius, ꝛ soror matris eius, Maria Cleophę, ꝛ Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrẽ, ꝛ discipulum stantẽ, quem diligebat, dicit matri suę. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eam discipulus in suam. Postea sciens Jesus, quia iam omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit. Sitio. Uas ergo positũ erat, aceto plenum. Illi autem spongiam aceto plenã hyssopo circũponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit. Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritũ.

✠ Judęi ergo, quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbatho: erat enim magnus dies ille sabbathi: rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, ꝛ tollerent. Uenerunt ergo milites, ꝛ primi quidẽ fregerunt crura, ꝛ alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autẽ cum venissent, vt viderunt eũ iam mortuũ, non fregerunt eius crura, sed vnus militum, lãcea latus eius aperuit, ꝛ cõtinuo exiuit

sanguis,

sanguis, & aqua. Et qui vidit testimonium per/
hibuit, & verum est testimoniū eius. Et ille scit,
quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt
enim hec, vt scriptura impleretur. Os non cō/
minuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit.
Uidebunt in quem transfixerunt.

POst hec autē rogauit Pilatū Joseph ab
Arimathia, eo q̄ esset discipulus Jesu, oc/
cultus autem propter metum Judeoꝝ, vt tolle/
ret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Uenit er
go, & tulit corpus Jesu. Uenit autem & Nicode/
mus, qui venerat ad Jesum nocte primuz, ferēs
mixturā myrrhe, & aloes: quasi libras centum.
Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligauerunt euz
linteis cū aromatibus, sicut mos est Judeis se/
pelire. Erat autē in loco, vbi crucifixus est hor
tus, & in horto monumētū nouū, in quo nondum
q̄squā positus fuerat. Ibi ergo ꝑꝑ parasceuē Ju
deoꝝ, q̄a iuxta erat monumētū, posuerūt Jesuz.

¶ Postea legatur symbolum sequens.



Uicunqꝫ vult saluus esse: ante oīa
opus est, vt teneat catholicā fidez.
Quam nisi quisqꝫ integram, in/
uiolatamque seruauerit, absqꝫ in
eternum peribit. Fides autem
catholica hec est, vt vnum Deum in trinitate,
& trinitatem in vnitate veneremur. Neqꝫ con/
fundentes personas, neqꝫ substantiā separātes.

Alia

Alia est enim persona patris: alia filij, alia spiritus sancti. Sed patris, & filij, & spiritus sancti, vna est diuinitas: equalis gloria, coeterna maiestas. Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Increatus pater, increatus filius, increatus spiritus sanctus. Immensus pater, immēsus filius, immensus spiritus sanctus. Eternus pater, eternus filius, eternus spiritus sanctus. Et tamen non tres eterni, sed vnus eternus. Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus, & vnus immensus. Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus. Et tamen non tres omnipotētes, sed vnus omnipotēs. Ita Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. Et tamen non tres dij: sed vnus est Deus. Ita dominus pater, dominus filius, spiritus sanctus. Et tamen nō tres dñi, sed vnus est dominus. Quia sicut singillatim vnāquamq; personam, Deum ac dñm cōfiteri Christiana veritate cōpellimur: ita tres deos, aut dominos dicere, catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus. Filius a patre solo est: non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus a patre, & filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedēs. Vnus ergo pater, nō tres patres: vnus filius, non tres filij: vnus spiritus sanctus, nō tres spiritus scti.

Et

Et in hac trinitate, nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus: sed totę tres personę, coęternę sibi sunt, ⁊ coęquales. Ita vt per omnia, sicut iam supradictum est, ⁊ vnitas in trinitate, ⁊ trinitas in vnitate veneranda sit. Qui vult ergo saluus esse, ita de trinitate sentiat. Sed necessarium est, ad ęternaꝫ salutem, vt incarnationem quoqꝫ domini nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, vt credamus, ⁊ confiteamur, quia dominus noster Jesus Christus, Dei filius, Deus ⁊ homo est. Deus est ex substantia patris, ante secula genitus: ⁊ homo est ex substantia matris, in seculo natus. Perfectus Deus perfectus homo: ex anima rationali, ⁊ humana carne subsistens. Aequalis patri secundum diuinitatem: minor patre secundū humanitateꝫ. Qui licet Deus sit ⁊ homo: non duo tamen, sed vnus est Christus. Unus autem, non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omnino, non confusione substātię, sed vnitate personę. Nam sicut anima rationalis ⁊ caro vnuꝫ est homo: ita Deus ⁊ homo, vnuꝫ est Christuꝫ. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cęlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde venturuꝫ est iudicare viuoꝫ, ⁊ mortuos. Ad cuius

aduentum,

aduentum, omnes homines resurgere habent cuꝫ corporibus suis, ⁊ reddituri sunt de factis proprijs rationeꝫ. Et qui bona egerunt, ibunt in vitaꝫ eternã, qui vero mala in ignẽ eternum. Hec est fides catholica, quam nisi quisqꝫ fideliter, firmiterqꝫ crediderit, saluus esse nõ poterit.
Si anxiatur adhuc anima, dicantur hi psalmi.
Psalmus.



Confitemini dño, qm̃ bonus, quoniam in seculuꝫ misericordia eius. Dicat nũc Israel qm̃ bonus: qm̃ in seculũ misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron: qm̃ in seculum misericordia eius. Dicant nunc qui timent dñm: qm̃ in seculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui dñꝫ, ⁊ exaudiuit me in latitudine dominus. Dñs mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor, ⁊ ego despiciã inimicos meos. Bonum est confidere in dño: quã confidere in homine. Bonũ est sperare in dño: quã sperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me: ⁊ in nomine dñi quia vltus sum in eos. Circundãtes circundederunt me: ⁊ in nomine dñi quia vltus sum in eos. Circundederunt me sicut apes, ⁊ exarserunt sicut ignis in spinis: ⁊ in nomine dñi quia vltus sum in eos. Impulsus, euersus sum vt caderẽ, ⁊ dñs suscepit me. Fortitudo mea, ⁊ laus

& laus mea Dñs, & factus est mihi in salutem. Vox exultationis, & salutis: in tabernaculis iustorũ. Dextera dñi fecit virtutem, dextera Dñi exaltauit me: dextera Dñi fecit virtutem. Non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Castigans castigauit me dñs: & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitię, & ingressus in eas confitebor dño: hec porta domini, iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt ędificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hęc dies quã fecit dominus: exultemus, & lętemur in ea. O domine saluum me fac, o domine bene prosperare: benedictus q venit in nomine domini. Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Constituite diem solennem in condensis: vsque ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi, quoniã exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam iñ seculum misericordia eius.

BEati immaculati in via: q ambulant in lege dñi. Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt

nerunt. Tu mandasti mandata tua, custodiri nimis. Utinam dirigātur vię meę: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc nō confundar, cū perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo q didici iudicia iustitię tuę. Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque. In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas. In labijs meis, pronunciaui omnia iudicia oris tui. In via testimoniorū tuorū delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

Retribue seruo tuo, viuifica me, & custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra, non abscondas a me mādata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tēpore. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me opprobrium, & contemptū, quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederūt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem

autē tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nā ⁊ testimonia tua meditatio mea est, ⁊ cōsi/
liū meū iustificationes tue. Adhesit pauimen
to aīa mea: viuifica me ꝓm verbū tuū. Vias
meas enunciaui, ⁊ exaudisti me: doce me iustifi/
cationes tuas. Viaꝫ iustificationū tuarum in/
strue me, ⁊ exercebor in mirabilibus tuis. Dor
mitauit aīa mea ꝑ tedio: confirma me in verbis
tuis. Viam iniquitatis amoue a me, ⁊ de lege
tua miserere mei. Viā veritatis elegi: iudicia
tua non sum oblitus. Adhesi testimonijs tuis
domine: noli me confundere. Viam mādato/
rum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.
Legem pone mihi domine viam iustifica
tionum tuarum: ⁊ exquiram eam semper.
Da mihi intellectū, ⁊ scrutabor legē tuā: ⁊ cu/
stodiā illā in toto corde meo. Deduc me in se/
mitam mandatoruꝫ tuorum: quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimonia tua, ⁊ non in
auaritiam. Auerte oculos meos, ne videant
vanitatē: in via tua viuifica me. Statue seruo
tuo eloquium tuum: in timore tuo. Amputa
opprobrium meum, quod suspicatus sum: quia
iudicia tua iucunda. Ecce concupiui manda/
ta tua: in equitate tua viuifica me. Et veniat
super me misericordia tua dn̄e: salutare tuum
secunduꝫ eloquium tuum. Et respondebo ex/
probrantibus mihi verbuꝫ: quia speraui in ser
 moni

monibus tuis. Et ne auferas de ore meo ver
bũ veritatis vsquequaq3: qa in iudicijs tuis su/
persperaui. Et custodiã legẽ tuã semp:in secu
lũ ⁊ in seculũ seculi. Et ambulabã in latitudi/
ne:qa mãdata tua exquisiui. Et loquebar de
testimonijs tuis in conspectu regũ: ⁊ nõ confun
debar. Et meditabar in mandatis tuis: quę di
lexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua q̃
dilexi: ⁊ exercebor in iustificationibus tuis.
Memor esto verbi tui seruo tuo:in quo mi
hi spem dedisti. Hęc me cõsolata est in
humilitate mea: quia eloquium tuum viuifica/
uit me. Superbi inique agebãt vsquequaq3:
a lege autem tua non declinaui. Memor fui iu
diciorum tuorũ a seculo domine: ⁊ consolatus
sum. Defectio tenuit me:pro peccatoribus de/
relinquentibus legem tuam. Cantabiles mi/
hi erant iustificationes tuę: in loco peregrina/
tionis meę. Memor fui nocte nominis tui dñe:
⁊ custodiui legem tuam. Hęc facta est mihi:
qa iustificationes tuas exquisiui. Portio mea
domine: dixi custodire legẽ tuam. Depreca/
tus sum faciẽ tuam in toto corde meo: misere/
re mei secundum eloquium tuum. Cogitaui
vias meas, ⁊ conuerti pedes meos in testimo/
nia tua. Paratus sum, ⁊ non sum turbatus: vt
custodiam mandata tua. Funes peccatorum
circumplexi sunt me, ⁊ legem tuam non sum
oblitus

oblitus. M edia nocte surgebam ad confiten-
dũ tibi: super iudicia iustificationis tuę. P ar-
ticeps ego sum oium timẽtium te, ꝛ custodien-
tium mandata tua. M isericordia tua domine
plena est terra: iustificationes tuas doce me.
B Onitatem fecisti cum seruo tuo dñe: ẜm
verbũ tuũ. B onitatẽ ꝛ disciplinã: ꝛ scien-
tiam doce me: qa mãdatis tuis credidi. P rius-
quam humliarer ego deliqui: propterea elo-
quium tuũ custodiui. B onus es tu: ꝛ in bonita-
te tua doce me iustificationes tuas. M ultipli-
cata est super me iniquitas superborũ: ego au-
tem in toto corde meo, scrutabor mandata tua.
C oagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero
legem tuam meditatus sum. B onum mihi, qa
humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
B onũ mihi lex oris tui: super milia auri ꝛ ar-
genti. M anus tuę dñe fecerunt me, ꝛ plasma-
uerunt me: da mihi intellectum, vt discã mãda-
ta tua. Q ui timent te, videbunt me, ꝛ lętabun-
tur: quia in verba tua supersperaui. C ognoui
dñe, quia ęquitas iudicia tua: ꝛ in veritate tua
humiliasti me. F iat misericordia tua, vt cõso-
letur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
V eniant mihi miserationes tuę, ꝛ viuam: quia
lex tua meditatio mea est. C onfundantur su-
perbi, qa iniuste iniquitatẽ fecerunt in me: ego
aũt exercebor in mandatis tuis. C onuertan-
 tur

tur mihi timentes te; ⁊ qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.
Defecit in salutare tuũ anima mea, ⁊ in verbũ tuuʒ supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuũ: dicẽtes, quãdo cõsolaberis me. Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sunt dies serui tui: quãdo facies de ꝑsequentibus me iudiciũ? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed nõ vt lex tua. Omnia mandata tua veritas: iniqui ꝑsecuti sunt me, adiuua me. Paulominus cõsummauerunt me in terra: ego autẽ nõ dereliqui mãdata tua. Secundũ misericordiã tuã viuifica me: ⁊ custodiã testimonia oris tui. In eternum dñe: verbuʒ tuum permanet in cęlo. In generatione ⁊ generationem veritas tua: fundasti terram ⁊ permanet. Ordinatione tua perseuerat dies: qm̃ omnia seruiũt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte perijssem in humilitate mea. In ęternuʒ non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego, saluũ me fac: quoniã iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis consummationis vidi finẽ: latum mandatum tuum nimis.
Quomodo dilexi legẽ tuam dñe: tota dię
meditatio

meditatio mea est. Sup inimicos meos pru-
dentē me fecisti mandato tuo: quia in ęternum
mihi est. Super oēs docentes me intellexi: qa
testimonia tua meditatio mea est. Super se-
nes intellexi: quia mādata tua quęsiui. Ab om
ni via mala prohibui pedes meos: vt custodiā
verba tua. A iudicijs tuis non declinaui: qa tu
legē posuisti mihi. Quā dulcia faucibus meis
eloquia tua: super mel ori meo. A mandatis
tuis intellexi: propterea odiui omnē viā iniqui-
tatis. Lucerna pedibus meis verbū tuū: et lu
men semitis meis. Iuraui, et statui custodire iu
dicia iustitię tuę. Humiliatus sum vsquequa-
qz domine: viuifica me secundū verbū tuum.
Voluntaria oris mei beneplacita fac dn̄e, et iu
dicia tua doce me. Anima mea in manib9 me-
is semper: et legē tuam non sum oblitus. Po-
suerunt peccatores laqueū mihi, et de mandatis
tuis nō erraui. Hereditate acquisiui testimo-
nia tua in ęternū: qa exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meū ad faciendas iustificatio-
nes tuas in ęternum: propter retributionem.
Iniquos odio habui, et legem tuaz dilexi.
Adiutor et susceptor meus es tu: et in ver-
bum tuum supersperaui. Declinate a me ma-
ligni, et scrutabor mandata Dei mei. Suscipe
me secundum eloquium tuum et viuam, et non
confundas me ab expectatione mea. Adiuua

me ꝛ saluus ero: ꝛ meditabor in iustificationi-
bus tuis semp. P preuisti omnes discedentes a
iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eoꝝ. P re-
uaricantes reputaui omnes peccatores terre:
ideo dilexi testimonia tua. C ōfige timore tuo
carnes meas: a iudicijs enim tuis timui. F eci iu
diciū ꝛ iustitiā: non tradas me calumniantibus
me. S uscipe seruū tuum in bonū: non calum-
nientur me superbi. O culi mei defecerunt in
salutare tuum, ꝛ in eloquiū iustitie tue. F ac cū
seruo tuo secundū misericordiā tuā, ꝛ iustifica
tiones tuas doce me. S eruus tuus sum ego,
da mihi intellectum: vt sciam testimonia tua.
T empus faciendi dn̄e: dissipauerunt legē tuā.
I deo dilexi mandata tua: super aurum ꝛ to-
pazion. P ropterea ad omnia mandata tua di-
rigebar: omnem viam iniquam odio habui.
M Irabilia testimonia tua: ideo scrutata est
ea anima mea. D eclaratio sermonum
tuorū illuminat, ꝛ intellectū dat paruulis. O s
meum aperui, ꝛ attraxi spiritum: quia mādata
tua desiderabā. A spice in me ꝛ miserere mei:
ſm iudicium diligentium nomen tuū. G ressus
meos dirige ſm eloquiū tuū, ꝛ non dominetur
mei omnis iniustitia. R edime me a calumnijs
hoīum: vt custodiam mandata tua. F aciem
tuam illumina super seruum tuum: ꝛ doce me
iustificationes tuas. E xitus aquarum dedu-
xerunt

xerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Iustus es dñe: ꝛ rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua: ꝛ veritatez tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus: qa obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuũ vehementer: ꝛ seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego, ꝛ contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia tua iustitia in eternum: ꝛ lex tua veritas. Tribulatio ꝛ angustia inuenerunt me: mãdata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternum: intellectum da mihi ꝛ viuam.

Clamaui in toto corde meo exaudi me domine: iustificationes tuas requirã. Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiam mandata tua. Preueni in maturitate ꝛ clamaui: qa in verba tua supersperaui. Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Uocem meam audi secundum misericordiaz tuam domine: ꝛ secunduz iudicium tuũ viuifica me. Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu domine, ꝛ omnes vie tue veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternum fundasti ea. Uide humilitatem meam ꝛ eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. Iudica iudicium meum ꝛ redime me: propter eloquium tuum viuifica me. Longe a pecca-

peccatoribus salus : quia iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordię tuę multę domine: secundum iudicium tuum viuifica me. Multi qui persequuntur me ꝛ tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui. Vidi preuaricantes ꝛ tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine : in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritas: in ęternum omnia iudicia iustitię tuę.

PRincipes persecuti sunt me gratis, ꝛ a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatē odio habui ꝛ abominatus sum: legez autem tuam dilexi. Septies in die laudē dixi tibi: super iudicia iustitię tuę. Pax multa diligentibus legē tuā: ꝛ nō est illis scādalum. Expectabā salutare tuum dn̄e: ꝛ mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua, ꝛ dilexit ea vehemēter. Seruaui mandata tua ꝛ testimonia tua: qa oēs vię meę in conspectu tuo. Appropinquet deprecatio mea in cōspectu tuo dn̄e: iuxta eloquiuz tuuz da mihi intellectum. Intret postulatio mea in cōspectu tuo: s̄m eloquium tuū eripe me. Eructabunt labia mea hymnuz: cum docueris me iustificationes tuas. Pronūciabit lingua mea eloquiū tuum: quia omnia mandata tua ęquitas. Fiat

manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuum dñe, & lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis que perijt: quere seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

ORATIO AD DOMINVM NOstrum Iesum Christum quando anima anxiatur.



O Suauissime Domine Jesu Christe beatorũ requies, & omniũ in te sperantiũ iucundissima salus: qui in nocte passionis tue ad patrem sic orasti. Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: veruntamẽ non mea volũtas, sed tua fiat, & in illa hora in tãta angustia fuisti, vt de pretioso corpore tuo sãguis efflueret. Deprecamur te bone Jesu, quatenus solita pietate tua adiuues animaz huius famuli tui, vt pro delictis & offensionibus que cõmisit, terreatur, & moueatur ad veraz penitentiam, vt in hac extrema hora, in occursu aduersarij, non paueat, aut in aduentu & aspectu tuo, iudex tremende, accusante conscientia nõ contremiscat, sed potius faciem tuam in iubilo videns, delectetur, prestante te domine Jesu Christe, quia tua passione nos redemisti. Amen. Oratio.

O Dulcissime Domine Jesu Christe misericordia/

ricordiarũ pater, ⁊ totius consolationis Deus: qui in nocte tuę passionis, ab apostolis derelictus fuisti, ⁊ inter hostes tuos solus remansisti: supplicamus tibi domine Jesu, vt nunc in obitu huius serui tui, animam eius nõ derelinquas in manibus dęmonum, sed ad locum quietis, ⁊ tuę beatissimę visionis, ipsam per tuę mortis virtutem perducas. Amen. Oratio.

O Sacratissime dñe Jesu, saluator mundi, q ob peccata nostra abolẽda, crudeliter verberari, spinis turpiter coronari, ab ęmulis tuis enormiter deludi, ⁊ i cruce nudus, vt latro ignominiose affigi voluisti. Exoramus te dñe Jesu, per has passiones tuas, vt animã huius famuli tui in extremis laborantis, vera contritione in peccatorũ cõmissorũ dolore verberes, ⁊ vero timore corones, ⁊ in cruce tua omnes eius mẽtales sensus crucifigas: quatenꝰ sic totus a te spiritualiter vulneratus, tuoꝝ vulnerũ merito oium delictoꝝ suoꝝ veniam cõsequatur, ⁊ ad gaudia cęlestia peruenire mereatur. Amen. Oratio.

O Pijssime dñe Jesu rex seculorum, qui in cruce existens, pro tuis crucifixoribꝰ patrẽ rogasti, dicens. Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt, deprecamur maiestatẽ tuã domine Jesu, vt in mente huius serui tui tuę orationis affectum renouare digneris, quatenus omnes eius offensas illi dimittas, ⁊ sicut tũc

exauditus

exauditus fuisti, sic nunc cum patre, nos pro illo exorantes exaudire digneris. Nescit enim quid faciat, dum ex fidei tarditate tepidus coram te existit. Exoramus te bone Iesu, vt in hoc obi-tu suo, omnia peccata illi dimittas, ⁊ pro tuę sacratissimę passionis merito, ad angelorum societatem eũ clementer perducas. Amen. Oro.

O Gloriosissime domine Iesu, dulcedo angelorum, qui in cruce pro nobis pendens, veram fidei lucem, in cor latronis infudisti, vt te verum Deum, ⁊ hominem cognosceret, dum clamauit. Memento mei domine, dum veneris in regnum tuum: maiestatem tuam suppliciter exoramus, vt in famulo tuo in extremis laborante, venerabile fidei sacramentum conseruare digneris: quatenus tua sacratissima passione mediante, sic in animam eius tuum amorem imprimas, vt in suo obitu, tuo ardentissimo amore, ab immũdis spiritibus liberet, ⁊ ad tuam beatã gloriã iubilose perducatur. Amẽ. Oro.

O Clementissime domine Iesu, verbum ęterni patris, ac filius gloriosę virginis Marię, qui mundum visibiliter deserens, ⁊ maternę solicitudini compatiens, ei dilectum discipulum in filium adoptasti: supplicamus humiliter maiestati tuę, per merita passionis tuę, per preces ⁊ merita eiusdem matris tuę, ⁊ dilecti discipuli tui: quatenus digneris in animam huius

serui tui spiritū tuę charitatis infundere, quo tibi cohęres Deo patri adoptetur in filium. Mitte quę se de throno glorię tuę curam huius animę: quatenus in mortis agone aspectus demonum non paueat, sed in te leta mente cōfidens animam eius clementer suscipias, & ad celestem gloriam, reducente sacratissima matre tua, peruenire valeat. Amen. Oratio.

O Sacratissime Dñe Jesu, corona certantiū: qui in cruce pro nobis pendens, docuisti nos cōpendiose in nostris extremis orare, dum tu nobis exemplū tribuens clamasti. Pater in manus tuas cōmendo spiritū meū: exoramus maiestatē tuā, quatenus in virtute spūs sancti, eandem digneris orationē in corde huius famuli tui imprimere, vt eam personet, & in hac eius extrema hora, illius sentiat effectū: in tuas sacratissimas manus animā suam humiliter recommendando. Amen. Oratio.

O Misericordissime domine Jesu, reparator humani generis, qui in die passionis tuę, in neruorum, & ossium contractione, penam acerbissimam sensisti, & pretiosissimum caput tuum spinarum densitate punctum fuit, & latus tuum lancea perforatum extitit: vnde fluxerunt sanguis & aqua. Deprecamur maiestatem tuā, quatenus animam huius famuli tui, virtutum luminoso splendore illustres, & tribuas illi tuarum

rum

rum acerbitatis spinarum meritum, de offensis ab eo tibi illatis, vehementer dolere, ⁊ penam habere, omnia eius delicta, tuę pretiosissime passionis deleantur, ⁊ ad angelorum societatem, te trahente peruenire valeat. Amen.

Oratio.

O Gloriosissime domine Jesu, per agoniã, ⁊ orationem tuam sanctissimam, qua pro nobis orasti in monte Oliueti, quando sudor tuus factus est, sicut guttę sanguinis decurrentis in terram: obsecramus te, vt multitudinem sudoris tui sanguinei offerre, ⁊ ostendere digneri Deo patri omnipotenti, contra multitudinem omnium peccatorum huius famuli tui, ⁊ libera eum nunc in obitu suo ab omnibus angustijs, quas pro peccatis suis se meruisse cognoscit. Amen.

Oratio.

O Clementissime dñe Jesu, qui pro nobis in Cruce mori dignatus es: deprecamur te, quatenus oẽs amaritudines, ⁊ passiones tuas, quas pro nobis miseris peccatoribus in Cruce sustinuisti, ⁊ presertim in illa hora, quando anima tua sanctissima de corpore tuo sacratissimo egressa est, offerre, ⁊ ostẽdere digneris Deo patri oĩpotẽti, cõtra oẽs penas, ⁊ passiones huius serui tui, ⁊ libera eum in hoc obitu suo, ab omnibus penis, ⁊ passionibus, quas pro peccatis suis se meruisse timet. Amen.

Oratio.

O miseri

O Misericordissime domine Jesu, qui per os prophete dixisti: in charitate perpetua dilexi te: ideo miserans tui, attraxi te. Supplicamus tibi, quatenus eandem charitatē, que de celis ad terram te traxit, ad omnium passionuz tuarū tolerantiam, offerre, ⁊ ostendere digneris Deo patri omnipotenti, contra omnes huius famuli tui passiones, ⁊ penas, quas pro peccatis suis se meruisse arbitratur, ⁊ animam eius in hoc obitu suo salua. Aperi illi o dulcissime dn̄e Jesu pater misericordiarum, ianuam vite, ⁊ regni celorū, ⁊ ipsam in regno tuo fac gaudere cum omnibus sanctis tuis. Amen. Oratio.

O Pijssime dn̄e Jesu, Dei, ⁊ hominuz mediator, qui pro salute nostra penas nobis debitas in tuo passibili corpore sustinuisti, ⁊ vt grauiores penarū amaritudines gustares, sponte voluisti in hora tue passionis a tua humanitate dulcedinem vnite tibi deitatis subtrahere: dū clamasti, Eloy Eloy, lāma sabactani. Oramus clementiā tuā: quatenus suauissime dn̄e Jesu, huius serui tui animā protegēdo, tua suaui cōsolatione letifices: nā si ipsum, ipse pastor deseris, mox aduersarius tuus in ipsum irruet, ⁊ occidet. Si ꝓpter demerita sua tribulari ⁊ deseri meretur, quesumus suauissimā bonitatē tuā, ne illū aduersarijs tradas, diffidentia, ⁊ desperatione tenebris tribulandū, nec insensibilē ad

gratiam

gratiam facias, sed pro charitatis tue gratia vi-
uens, & tue absentie amaritudinem sentiens: pia
voce gemēdo ad te clamet: Deus meus, Deus
meus, vt quid dereliquisti me? Tu autē pijssi-
me pater, & pastor, tua suaui pietate ei subueni,
quem precioso sanguine tuo redemisti, nec tua
gratia diu ipsum in hoc obitu patiaris affligi,
donec ad celestem patriam tuorum merito do-
lorum clementer perducas. Amen. Oratio.

O Suauissime dn̄e Jesu, Dei & hominū me-
diator, q inter cetera tormenta, q̄ in Cruce
tulisti corporaliter, sitire voluisti vehementer,
dū clamasti. Sitio. Deprecamur maiestatem
tuā: quatenus animam huius serui tui illo nunc
igne digneris vrere, quē in terris mittere veni-
sti, quo cūctis vitijs desiccatis, illius aīa, & caro,
charitatis tue igne succensa, te solū sitiat, te dili
gat, te q̄rat, reperiat, & fruatur, & ipsam ad eter-
nā benedictionē sanctissime passionis tue me-
rito iubilose digneris adducere. Amē. Oratio.

O Sacratissime domine Jesu, omne bonū
consummans, qui cum acetum gustasti, di-
xisti. Consummatum est, & inclinato capite spi-
ritum emisisti. Obsecramus maiestatem tuam
pro anima famuli tui in extremis existētis, qua-
tenus gratie tue dulcedinem, & splendidum fi-
dei lumen infundas illi, vt extremam horam in
sancte charitatis tue brachijs finire, & tibi di-

cere,

cere, valeat. Ecce clementissime dñe Jesu nũc ad te venio, tua suaui voce iube suscipi spiritũ meum in eternam claritatem. Amen. Oratio.

O Clementissime Domine Jesu, solamen miserorum, qui peccata nostra in tuo corpore portasti. Uere tu es Deus, qui dolores nostros tulisti, ⁊ a perpetua morte nos liberasti, quia in sacratissimo corpore tuo, a planta pedis vsq; ad verticem non fuit in te sanitas, ⁊ qui eras pre filijs hominum speciosus, quasi leprosus reputatus fuisti, deprecamur suauissimam charitatem tuam: quatenus omnia huius serui tui peccatorum vulnera sanes, vt omnibus vitijs emundatus, ad te clementissimum patrem, ⁊ dominum, spirituali solamine roboratus, letanter peruenire valeat, ⁊ qui tuo preciosissimo sanguine est redemptus, ⁊ tue passionis insignia gestat, ad gloriosissimam visionem tuam, omnium passionum tuarum merito, concomitantibus sanctis angelis deducere digneris. Amen. Oratio.



O Maria beatissima, propter illius terroris cõmotionem, quo cor tuum contremuit: quando filium tuum dulcissimũ dñz nostrũ Jesum Christũ filiũ Dei viui ab impijs captũ, ligatũ, ad supplicia tractũ, ⁊ ab omnibus derelictum

lictum esse audisti. Adiuua nunc seruum tuum in extremis laborantem, quatenus de preteritis delictis veram contritionem habeat, & dolorem. Et illius cor illustratum superno splendore, sit in feruida penitentia, ne forte in hoc obitu suo, in occursu aduersarij paueat, aut i aduentu, & aspectu tremendi iudicij, accusante cõscientia, contremiscat, sed potius precibus tuis interuenientibus, ipsius faciem in iubilo vidẽs delectetur. Amen.

Oratio.

O Uirgo dulcissima Dei genitrix Maria, propter planctus, & lacrymas, quibus afficiebaris, quando filium tuũ dñm nostrum Jesum Christum filium Dei viui vidisti presentari, ab iniquis innocenter accusari, & opprobrijs affici. Impetra huic famulo tuo lacrymarum gratiã, & sacrũ fidei indelebile lumen, quo offensionis maculas abluere valeat. Et tu mater gloriosa, eum nunc adiuua, ne Sathanas ipsi illudere possit, ac diuersis tentationibus ꝓ libito suo flagellare: deuictumq; reuz statuere terribili iudici, sed potius seipsum in lumine fidei iudicet in presenti, ac disciplinis vere penitentie deuote flagellet. Amen.

Oratio.

O Maria suauissima Dei genitrix, ob cruciatus, & angustias, quas sustinuit cor tuũ, quãdo filius tuus dominus noster Jesus Christus, filius Dei viui, clamantibus Judeis, cru

cifige, morti adiudicatus, ⁊ crucis supplicio cō demnatus est. Subueni piissima mater huic seruo tuo in extremis laboranti, quia corpus illius dolore infirmitatis torquetur, ⁊ anima hinc per demonū insidias, hinc per terrorē discretę discussionis angustiatur: subueni inquā suauissima domina: ne ęternę mortis sententia cōtra illum feratur: aut flammis ęternalibus tradatur perpetuo cruciandus: verum te pro ipso intercedente, ad cęlestem gloriam potius peruenire mereatur. Amen.

Oratio.

O Virgo clementissima Dei genitrix Maria: ob illius doloris gladium, qui tuam felicissimā animā pertransiuit, quādo cernebas filium tuū delicatissimum dn̄m nostrum Jesum Christum filiū Dei viui, nudum in cruce leuatum, clauis perforatū, cruore perfusum, ac plagis, ⁊ vulneribus laceratū. Adiuua nunc beatissima domina animā famuli tui, vt cōpassionis gladius eā perfodiat diuini timoris, ⁊ amoris lācea vulneretur, vt omnis peccati sanguis noxius a pectore suo effluat: vitijsque mundetur, ⁊ diuinis virtutibus decoretur: quatenus desiderio, ⁊ toto affectu terrena despiciens, ad cęlestia subleuetur: ad quę te deducente, iubilose peruenire mereatur. Amen.

Oratio.

O Maria virgo sanctissima, ob tormentum, ⁊ grauamen, quod cor tuū sustinuit, quando

do filium tuum sanctissimū dn̄m nostrū Jesum Christum filiū Dei viui, prę dolore voce magna clamantē, ꝛ te matrē dilectā Johāni commendantem, ꝛ deficientē attendebas: ita vt prę nimio doloris gladio vulnerata, loqui non posses. Subueni gloriosa dn̄a, huic famulo tuo: qa lingua eius ad te inuocandū se mouere non potest: oculi eius lumine priuantur: aures eius surdescunt ꝛ obturātur: omnesqꝫ vires, ac sensus deficiunt. O piissima mater, exaudi preces nostras: quas ad aures tuę pietatis fundimus: ꝛ subueni sibi in hoc obitu suo, ac suauissimo filio tuo eius spiritū cōmenda: quatenus tuo pio interuentu, a terroribus, ꝛ tormentis eruatur, ꝛ ad desideratam cęlestis patrię requiē, te comitante, iubilose peruenire mereatur. Amē. Oro.

O Maria virgo castissima, ob acerbi eiulatus planctū, quē de profundo pectoris erūpentē, abscōdere non valebas: quādo in amplexum filij tui ruebas: cuius genas ante nitentes, ꝛ ora rutilantia, mortis palloribus perfundi cōspiciebas: auxiliare suauissima domina nostra huic seruo tuo: quatenus de delictis cōmissis sic doleat, vt anima ei9 mellifluis osculis, ꝛ amorosis amplexibus dn̄i nr̄i Jesu Christi in cęlorū beatissimo regno digne valeat pfrui. Am̄.

O Maria virgo gloriosissima, ob singultus, ꝛ suspiria, indicibiliaqꝫ lamēta qbus affi-

ciebatur cor tuum, quando cernebas filiũ tuum dominum nostrum Jesum Christum, filiuz dei viui, anime tue vnicuz solatiuz sepeliri. Adiuua o sacratissima domina nostra, animam serui tui, in hac lacrymarum valle laborantem, vt cum de corpore egressa fuerit, tuis suffragantibus meritis, cum corusco claritatis lumine, te comitante, domino nostro Jesu Christo glorificanda presentetur. Amen.

Oratio.



E summa Deus Trinitas, omnipotẽs eterne Deus, qui es semp, ⁊ per oĩa Deus benedictus in secula, quẽ omnis spũs laudat, suppliciter exoramus, quatenus per merituz illius ineffabilis, ⁊ excellẽtissime charitatis, qua dilectissimus filius tuus dñs noster Jesus Christus homo fieri dignatus est, qua etiã pro salute nostra, vincula, opprobria, cõuitia, flagella, sputa, alapas, coronã, ac immanissimã mortẽ, amorose passus est: ac etiã per merituz gloriosissime, ⁊ beatissime virginis Marie, ⁊ oĩum sanctorum, qui tibi ab initio mundi placuerunt: necnon per virtutem clauium spiritualium, quas clementissime bone Jesu ecclesie tue ministris tradidisti, vt huic famulo tuo in extremis laboranti, misericorditer indulgere digneris oĩa peccata sua, q̃ ab hora sacri baptismatis, vsque ad presens, aliquo modo malitia, miseria, ignorãtia, ac fragilitate

gilate cõmisit. Et ipsum per sanctas indulgen
tias, ⁊ absolutiones, ex thesauris tuę immensę
charitatis indultas, reddere digneris in illa pu
ritate, innocentia, ac spirituali claritate, quas in
baptismate donare dignatus es. Dignare etiã
suauissime dñe Jesu, ab omni aspectu, ⁊ terrore
dęmonũ ipsum tueri, ⁊ propter gloriosi nomi-
nis tui honorem, ipsum in cõspectu diuinę ma
iestatis tuę gratum reddere, quatenus dulcissi-
me pater, ac amabilissime redemptor bone Je
su, merito omnium sanctorum tuorum, ⁊ pręser-
tim sacratissimę passionis tuę, animam eius in
vlnas sanctę charitatis tuę clemẽter suscipias,
te perenni iubilo in cęlorum beatissimo regno
ęternaliter fruiturum. Amen. Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui trinus ⁊
vnus es: tua eximia cõpulsi charitate te
humiliter exoramus pro anima serui tui, nunc
in extremis laborantis, quam sacratissime dñe
cõmendamus pijssimę omnipotẽtię tuę, vt illã
ab aspectu, ⁊ terrore dęmonũ custodias, ⁊ tuea-
ris, ne in desperationem labatur, ne diffiden-
tię tentationibus obnubiletur, ac pręteritarum
culparum recordatione maculetur: exaudi nos
dñe gloriose, tuam suauissimã bonitatem inter-
pellantes pro illa. Exaudi per orationes pa-
triarcharũ, per merita prophetarum, per suffra-
gia apostolorum, per victoriam martyrum, per fi-

dem confessor:per castitatem virginũ: per de/
uotã intercessionez oĩum,qui tibi ab initio pla
cuerunt. Suauissime dñe, ab ipsa anima expel
le iactantiã, ⁊ cõpunctionẽ tribue: superbiam
minue:⁊ perfice humilitatẽ:lentũ suscita: ⁊ cor
eius mollifica:ab omnibus insidijs inimici illã
clementer libera,⁊ in lumine fidei conserua:lu/
menque gratię tuę infunde illi:vt de omnibus
peccatis suis verã contritionez obtineat. Cle/
mentissime dñe, omnia desideria mala tolle ab
ipsa,⁊ oĩa diaboli tela ignea extingue:dona illi
lachrymas ex tuo ardenti affectu:quę peccato/
rũ suorũ dissoluant vincula. Audi dñe quę pe/
tit,⁊ celeriter exaudi. Si despicis, prorsus pe/
rit:si prospicis viuit: si iustitiã requiris, ante tę
mortua fętet:si cum misericordia respexeris,ip
sam peccatis fętentem de desperationis bara/
tro suscites. Quod in ea odis, longe fac ab ip/
sa:⁊ spiritũ tuę spiritualis lętitię illi tribue: bo
ne Jesu animę eius parce, ⁊ malis criminibus,
⁊ peccatis. Uisita illũ infirmum,ęgrotum cura,
sana languidum. Dñe Jesu,da illi cor,quod ti/
meat te:sensum qui te intelligat,⁊ oculos spiri/
tuales,qui videant te. Dñe Jesu, miserere illi,
⁊ de maiestatis tuę sede clementer respice, ⁊ a/
nimę eius tenebras tui splendoris radio illumi
na:clementissime domine Jesu, a te peccatorũ
suoruz remissionem humiliter petimus: a quo,

⁊ per

⁊ per quem est omnis propitiatio. Sancta, ⁊ immaculata virgo Maria, domini nostri Jesu Christi mater: te obnixe deprecamur, quatenus pro anima huius serui tui interuenire digneris apud illum, cuius templum effici meruisti. Sancte Michael, Sancte Gabriel, sancte Raphael: sancte Angele custos eius, cũ omnibus choris angelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, sacerdotum, leuitarum, eremitarum, doctorum, monachorum, virginum, omniumque iustorum, per eximium dñi nostri Jesu Christi amorem, qui vos elegit: de cuius contemplatione gaudetis: vos orare presumimus, pro huius infirmi anima, vt pro ipsa supplicare dignemini: quatenus de diaboli faucibus, ⁊ de morte perpetua liberari mereatur: Domine Jesu, perpetuam vitam secundũ magnam misericordiam tuã ei largiri digneris. O clementissime domine Jesu, qui omnium misereris: famulum tuum a tua misericordia fieri alienum non patiaris: quatenus in passionis sacratissime tue merito ab omnibus peccatis suis abluatur, ⁊ tecum eternaliter in celorum beatissimo regno glorietur. Amen.

Domine Jesu Deus noster, in adiutorium serui tui morientis intende: Domine ad adiuuandum illum festina. Amen.

IEsu Deus noster, oculos famuli tui illumina, ne in morte obdormiat, neq3 inimicus eius dicat. Preualui aduersus eum: exaudi domine Jesu orationes nostras p eo, illumina domine Jesu animã eius. Signa dñe Jesu lumẽ vultus tui super eũ, humilẽ letitiã dñe Jesu infunde in cor eius, voce nostra dñe Jesu clamamus ad te pro eo. Bone Jesu de excelso glorie tue exaudi nos pro eo orantes. Susceptor esto domine Jesu eius in obitu suo, cum angelis domine Jesu letifica animam eius. Amẽ. Oratio.

O Maria virgo suauissima, huic seruo tuo morienti miserere, et orationẽ nostram pro eo pia mater exaudi, ad te gloriosissima virgo Maria oramus pro famulo tuo, mater sacratissima, nos orantes pro eo velociter exaudi. Respice beatissima virgo Maria in seruu3 tuũ, et miserere illi, qa gloriosa es mater, vnic⁹ et paup est, in pace tua suauissima virgo Maria huius famuli tui anima dormiat, et reqescat, aurib⁹ gloriosa virgo Maria pcipe verba orationis nostre, pro famulo tuo, et intellige clamorẽ cordis nostri, pro eo beatissima mater. Amen. Oro.

IEsu dñe Deus noster, voces orationis nostre pro famulo tuo intende rex noster, bone Jesu cor eius illumina, et letetur domine Jesu anima serui tui, quia sperat in te. Dñe Jesu semper exultet de te, quia sperat bone Jesu famulus

mulus tuus in te. Dñe Jesu saluũ fac ipsum ex omnibus ꝑsequentibus eũ, ⁊ libera illũ. Ut quid bone Jesu recessisti longe? Domine Jesu, ne despicias seruuꝫ tuũ in opportunitatibus, ⁊ tribulatione, secũdũ misericordiam tuam domine Jesu animam serui tui viuifica, vt bone Jesu nomini tuo psallat in euum. Amen. Oratio.

MAria virgo piissima, seruo tuo miserere, qm̃ infirmus est: animã ei⁹ suauissima mater sana, qa oĩa interiora eius conturbata sunt, animã serui tui gloriosa virgo Maria de manu sathanę eripe: conuertere pia mater, ⁊ saluũ fac illũ. Respice suauissima virgo Maria inimicos serui tui, qm̃ multiplicati sunt: beatissima mr̃ adiuua illũ ne pereat: in tua iustitia, suauissima virgo Maria, deduc famulũ tuũ ꝓpter inimicos eius: dirige in ꝯspectu tuo viaꝫ ei⁹: anima serui tui turbata est valde, ⁊ tu suauissima mr̃ salua illũ ne cadat a via sancta. Amẽ. Oratio.

JEsu dñe Deus noster, ne in furore tuo arguas seruum tuum, neqꝫ bone Jesu in ira tua corripias eum. Exultet bone Jesu in te salutari suo seruus tuus. Bone Jesu libera eum ab interitu demonis: saluum fac bone Jesu, seruum tuum, quoniam spiritus eius deficit, ⁊ veritateꝫ tue ab anima eius diminutę sunt. Uide domine Jesu animam serui tui in obitu laborantem, ⁊ de manu peccatoris libera eã. Serua

ua domine Jesu animã serui tui, ⁊ custodi illaꝫ a generatione mala in ęuum. Amen.

Oratio.

MAria ṽgo sacratissima adsis famulo tuo. Mater beatissima adiuua illum ne pereat: auribus percipe gloriosa virgo Maria orationē nostrã pro famulo tuo: ne dęmon glorietur de illius perditione. Refugiũ esto suauissima virgo Maria huic pauperculo moriēti, ⁊ ĩ hac horribili tribulatione esto illi adiutrix. In lumine fidei gloriosissma virgo Maria animã serui tui lętifica: vt illius mens nõ moueatur a timore dñi. A resistētibus dexterę tuę suauissima virgo Maria, animã famuli tui custodi, ⁊ presentia tua cõsolare illã. Amen.

Oõ.

IEsu domine Deus noster, animam famuli tui conserua, quoniam sperat in te: illumina cor eius, vt iubilose ad te veniat: exultet bone Jesu cor serui tui morientis in te: cantet, ⁊ psallat tibi domino Deo suo in ęternuꝫ. Sub vmbra alarum tuarum domine Jesu famulum tuum protege: a facie impioruꝫ, qui illum affligunt: vsquequo bone Jesu obliuisceris serui tui: vsquequo auertes faciem tuaꝫ ab eo? Salua domine Jesu, ex ore leonis animam famuli tui, ⁊ a cornibus vnicornium bone Jesu, misericorditer libera eam. Amen.

Oratio.

MAria virgo beatissima misericordiaꝫ tuaꝫ cum famulo tuo moriente mirifica: illum

in te sperantem saluuz fac: aures tuas gloriosissima virgo Maria ad seruuz tuuz inclina, ꝛ affectū cordis illius exaudi: nam in tribulatione maxima versatur. Respice suauissima virgo Maria huius serui tui morientis angustias, ꝛ illū libera, ꝛ ad preces nostras pro illo intēde, in hac terribili animaduersione famuli tui gloriosissima virgo Maria, inuocamus te, quatenus suaui aspectu tuo letifices illuz: ad te suauissima virgo Maria aīam serui tui trahe: non erubescat, quoniam sperat in te. Amen.

Oro.

IEsu domine Deus noster, anima famuli tui requiescat in te, esto illi nunc refugium, ꝛ liberator: exurge bone Jesu in adiutorium serui tui, demonem preueni, ꝛ expelle illum: ne animam famuli tui rapere valeat. Sit bone Jesu nomen tuum dulcissimum benedictuz, ex hoc, nunc, ꝛ vsque in seculum. Uoce nostra bone Jesu ad te pro seruo tuo clamamus: salua illius animam in hac hora: saluam fac domine Jesu animam famuli tui, ꝛ libera eaz bone Jesu: quia Deus suus es tu. Amen.

Oratio.

MAria virgo beatissima, animam serui tui illumina, ꝛ tenebras eius mentales tua prece depelle. Ab insurgentibus in famulū tuū gloriosa virgo Maria libera eum, ꝛ a spiritu iniquo protege illum. Respice in seruum tuuz morientem suauissima virgo Maria, ꝛ libera

eum

eũ ne pereat. Imple clemẽtissima virgo Maria preces nostras pro famulo tuo, vt sentiat, quia tu es eius suauissima mater. Auxilium de cęlo gloriosa virgo Maria mitte seruo tuo, ⁊ de excelso tuere illum. Amen.

Oratio.

IEsu domine Deus noster, animam serui tui saluam fac, vt de tua pręsentia semper lętetur. Exultet in te bone Iesu seruus tuus: psallat, ⁊ cantet tibi in ęuum. Speret in te domine Iesu famulus tuus: eripe illũ ne pereat. Uias tuas Domine Iesu seruo tuo ostende, ⁊ semitas tuas edoce eum: secundum magnam misericordiam tuam Domine Iesu miserere seruo tuo, ⁊ propter bonitatem tuam animam illius illumina. Amen.

Oratio.

MAria virgo beatissima, auxiliũ tuũ ne denegaueris a seruo tuo, ad illius defensionez ꝓpera, a framea diaboli gloriosa virgo Maria animam famuli tui libera, ⁊ de manu illius erue ipsam, reminiscere misericordiarũ tuaruz suauissima virgo Maria, ⁊ de inferno animaz serui tui libera. In veritate tua gloriosa virgo Maria animã famuli tui dirige, ⁊ esto illi suauissima consolatrix: animam serui tui beatissima virgo Maria custodi, ⁊ erue illaz, ne in desperationem labatur. Amen.

Oratio.

IEsu dñe Deus noster, ⁊ humilitatem ⁊ laborem famuli tui vide, ⁊ omnia eius delicta

cta dimitte. Exaudi bone Jesu vocem nostraz, qua pro anima serui tui ad te clamamus: miserere illi, ꝛ salua illā: saluam fac animam famuli tui Domine Jesu, ꝛ de cęlo benedic illi. Velociter bone Jesu preces nostras pro seruo tuo exaudi, quia illius spiritus deficere incipit: secundum misericordiaz tuam domine Jesu animam famuli tui viuifica, vt sanctę fidei lumen iubilose custodiat. Amen. Oratio.

MAria virgo suauissima, seruo tuo qm̄ tribulat᷑ miserere, ꝛ ne aspectu dęmonis terreatur, illū adiuua: Anima serui tui bone Jesu, ꝛ gloriosa v̄go Maria iubilet in te, ꝛ delectet᷑ ī suauissimo nato tuo. Respice beatissima virgo Maria ad famulū tuū, in manibꝰ tuis illius aīam suscipe: illustra faciē tuam gloriosa virgo Maria sup̄ seruū tuū, in tua misericordia illuz saluū fac. A persequētibꝰ aīam serui tui suauissima virgo Maria eripe illū, ꝛ de manu odiētium eum libera illum velociter. Amen. Oio.

IEsu dn̄e Deus noster iudica animaz serui tui: nocētes expugna potius, ꝛ impugnantes illam. Effunde bone Jesu frameaz tuā aduersus illos, qui persequuntur animam famuli tui. Dic anime eius, salus tua ego suz: salus domine Jesu esto animę serui tui, ꝛ eius protector in omni tribulatione. Vide bone Jesu afflictionem famuli tui, ne sileas, ꝛ ne discedas ab

illo

illo: saluator animarum bone Jesu, exurge in adiutorium serui tui: ne a te aspectu demonis separetur. Amen.

Oratio.

Maria virgo beatissima esto anime famuli tui in refugiū, ꝛ a tribulatione que circundat illā, tua presentia letifica illā. Apprehende gloriosa virgo Maria arma, ꝛ scutū: ꝛ exurge in adiutoriū serui tui. Retrorsum auertant suauissima virgo Maria, ꝛ cōfundātur demones: ꝛ ne animā famuli tui obnubilēt, tu gloriosa virgo dña adiuua illam. Induātur gloriosa virgo Maria demones pudore, ꝛ cōfusione: ꝛ aie serui tui in nullo prorsus nocere valeāt: animā famuli tui clemētisma virgo Maria respice, ꝛ a deceptione aduersarij illā erue. Amen.

Oīo.

Jesu dñe Deus noster intende anime famuli tui, ꝛ libera illam, ꝛ propter terrorez inimici, tuo splendore illustra illam: exaudi bone Jesu seruum tuum: quoniā benigna est misericordia tua: secunduz meritum gratie tue libera illum: saluum fac bone Jesu seruum tuum: illius mētem tua gratia illumina. Vocē serui tui dñe Jesu exaudi in hac hora, ꝛ propter nomen sanctum tuum protege illum, salus electorum bone Jesu tu es: in lumine tuo letifica animaz famuli tui: vt ad te perueniat. Amen.

Oratio.

Maria virgo beatissima famulo tuo miserere: quoniam vndiqz conculcatur, ꝛ demon

tota

tata die impugnans tribulat animam serui tui: gloriosa virgo Maria de te exultare fac, vt delectetur in suauissimo filio tuo. Redde beatissima virgo Maria spiritualem letitiam famulo tuo: ⁊ per te cor illius confirmetur in Domino Deo. Inclina gloriosa virgo Maria aurem tuam ad seruum tuum: quoniam inops, ⁊ pauper est: adiutrix esto suauissima virgo Maria famulo tuo: adiuua illum, ne in eternum pereat. Amen.

Oratio.

IEsu domine Deus noster, secundum misericordiā tuam iudica seruuz tuum, ⁊ qui oderūt euz non supergaudeant illi. Exurge bone Iesu: adiuua seruū tuum: ⁊ propter nomen tuum redime illum: salutaris noster bone Iesu, ad te cōuerte seruum tuuz, ⁊ ostende illi gloriosam faciez tuā: veritatez ⁊ lucē tuaz bone Iesu emitte famulo tuo: ⁊ ipsa illius animam ad te adducat: spirituz tuuz domine Iesu infunde seruo tuo, vt viuat in eternum. Amen.

Oratio.

MAria virgo suauissima famulo tuo miserere: quoniā in te cōfidit anima eius. Adiuua gloriosa virgo Maria seruū tuuz: ⁊ saluus erit: meditetur semper in lege dñi. Respice beatissima virgo Maria in seruū tuū, ⁊ miserere illi: da spirituale donū illi, vt filius gratie sit. In quacūq; hora gloriosa virgo Maria inuocauerimus te pro seruo tuo, velociter exaudi nos

orantes

orantes ꝑ illo, auribus ꝑcipe beatissima virgo Maria orationes nr̄as pro famulo tuo, ⁊ intē-de ad deprecationem nostram. Amen. Orō.

IEsu domine Deus noster, susceptor esto famuli tui, ⁊ libera illū ab omni malo: exur-ge bone Jesu, saluum fac seruum tuum, vt non timeat demones circundantes animam eius. Seruus tuus domine Jesu angustiatur. Sub-ueni illi, vt tua presentia consoletur. Uide do-mine Jesu tentationes, quas famulus tuus pa-titur, ⁊ succurre illi ne pereat, sentiat anima ser-ui tui domine Jesu auxilium gratię tuę, ⁊ per-petuo gaudeat in te. Amen. Oratio.

MAria virgo dulcissima exultet seruus tu⁹ in tua misericordia, qm̄ tu es suauissima peccatorū respiratio, anima serui tui gloriosa virgo Maria exultet in te, non deseras, neqꝫ despicias illū. Respice gloriosa virgo Maria afflictiones, quas patitur anima serui tui, non derelinquas illū demoni tribulandum, in semi-tam rectam gloriosissima virgo Maria animā famuli tui deducas, ne glorietur Sathan con-tra illum. Ad te gloriosa virgo Maria pie cla-mamus pro anima serui tui, vt tuo benigno so-ueatur presidio. Amen. Oratio.

IEsu domine Deus noster, adiutor esto famulo tuo, ⁊ lumen sanctę fidei in eū infun-de, vt lęte veniat ad te. Exurge bone Jesu in

adiuto-

adiutorium animę famuli tui. Exurge, ⁊ ne re/
pellas illum a te. Suſcipe Domine Ieſu ani/
mam ſerui tui, ⁊ viuet, ⁊ non confundas illum
ab expectatione ſua. Uirtutum amator bone
Ieſu, conuerte faciem tuam ad famulum tuum,
⁊ ab omni dolore libera eum: ſuper ſeruum
tuum Domine Ieſu deprecabilis eſto, ⁊ ſalua
illum ab omni malo. Amen. Oratio.

MAria virgo ſanctiſſima, famulum tuū ab
omnibus anguſtijs, quas patitur libera,
vt iubilet cū omnibus ſanctis, adhereat glorio/
ſa virgo Maria anima ſerui tui tibi, tu ſuſcipe
illam, vt ſequatur te. Recordare beatiſſima vir/
go Maria, qa tu es aduocata miſerorū, miſere/
re animę famuli tui, vt ad iucunditatez cęleſtez
peruenire valeat. In manibꝰ tuis glorioſa vir/
go Maria animā famuli tui ſuſcipe clementer,
vt exultet, ⁊ lętetur de tua gloria, ⁊ ſaluatione
ſua: ad te ſuauiſſima virgo Maria oramus pro
anima famuli tui, vt per te pręſentetur glorioſiſ
ſimo filio tuo domino noſtro Ieſu Chriſto, ꝑ/
petuo ſpiritualiter copulandus. Amen. Oīo.

LAudate omnes ciues cęli dominū Ieſuz,
cum glorioſa virgine Maria in ſpiritu
iubilationis, oīs terra cū gaudio laudet matrez
cum filio, cum quibus anima huius famuli ſem
per viuat. Amen. Oratio ad patrem.

MIſericordiam tuā dn̄e ſancte, pater om/

nipotens, eterne Deus: pietatis affectu pro a-
liis orare cogimur: qui pro nostris peccatis sup
plicare nequaquã sufficimus: tamen de tua gra-
tuita pietate cõfisi, clementiã tuã deposcimus:
vt animã huius serui tui ad te reuertentẽ cũ pie-
tate suscipias: adsit ei angelus Michael, & per
manus sanctorum angelorum inter sanctos, & ele-
ctos tuos in sinu Abrahe, Isaac, & Iacob patri
archarũ tuorũ eã collocare digneris: quatenus
a principibus tenebrarũ, & de locis penarum li-
berata: nullis ignorantie, aut proprie volunta-
tis, seu fragilitatis confundatur erroribus: sed
potius agnoscat a tuis: & sancte beatitudinis re
quie pfruatur: atque cũ magni iudicii aduenerit
dies, inter sctõs tuos resuscitatus, gloria beatis-
sime visionis perpetuo satietur. Amen. Oro.

Suauissime dñe Iesu Christe, per illum in
effabilẽ amorẽ, q te dignissimũ, innocentis-
simum, & delicatissimũ paterne charitatis filium:
pro nobis factum hominẽ vulnerari, ac crude-
liter mori, pro hominibus redimẽdis fecit. In-
dulge clementissime domine Iesu huic famulo
tuo, omne quod cogitatu, verbo, & facto, affe-
ctionibus, & motibus, viribus, & sensibus anime
& corporis deliquit. In veram omnium pecca
torũ suorum remissionem: sacratissime domine
Iesu, tribue illi spirituale lumen tue ardentissi-
me charitatis: qua totius mũdi culpas diluisti:
ac

ac in plenam suppletionem omnium negligen
tiarum suaruꝫ, meritum tuę sacratissimę passio/
nis adde: ⁊ insuper illi tribue fructũ omnium
bonorum operum, per electos tuos factorum,
qui tibi placuerunt. Amen. Oratio.

GLoriosissime dñe Jesu, in vnione feruentis
amoris, qui te coegit incarnari, ⁊ anxio spi
ritu in Cruce mori: ad medullam dulcissimi a/
moris tui pulsamus: vt famulo tuo omnia pec
cata, quę omni modo commisit, dimittas: ⁊ tuę
prędignissimę passionis merito omissa supple/
as: faciasqꝫ illũ experiri superabundantissimaꝫ
multitudinẽ miserationũ tuarũ: disponas eum
placidissimo tibi modo: sibi vtilissimo: suaui
patientia: vera pęnitentia: plena remissione, re/
cta fide, spe firma, ardenti charitate, ⁊ sanctissi/
mo statu: quatenus inter dulcissimuꝫ amplexũ,
⁊ suauissimum osculuꝫ tuuꝫ, o clementissime do
mine Jesu, eius anima lętãter expiret ad tuam
ęternam laudem, ⁊ gloriam laudandam, ⁊ co/
gnoscendam, ⁊ fruendam. Amen. Oratio.

SAcratissime dñe Jesu Christe: in manus
inextinguibilis misericordię tuę commen
damus spũm huius famuli tui: secundum amo/
ris tui magnitudinem: quo se anima tua san/
ctissima in Cruce glorioso patri commenda/
uit: suppliciter deprecãtes: quatenus per illam
ineffabilem, qua diuina paternitas in se totam

traxit illam sanctissimam animaz tuaz, vt in ista hora famuli tui in eodem feruentissimo amore spirituz eius suscipias. Eia dulcissime domine Jesu animaruz redemptor: benignissime domine per illaz lacrymabilez vocez, qua secundum humanitatez, pro nobis moriturus, laboribus, ⁊ doloribus passionis adeo consumptus eras, vt te a patre derelictum, ter clamares. Ne longe suauissime Jesu facias a famulo tuo tuę miserationis auxilium in hac hora afflictionis suę, prę defectione, ⁊ consumptione spiritus te inuocare non valente, sed per triumphuz sanctę crucis, ⁊ per virtutez salutiferę passionis, ⁊ gratiosę mortis tuę, cogita de eo cogitationes pacis, misericordię, ⁊ consolationis, ⁊ non afflictionis, ⁊ libera eum ab omnibus angustijs, ⁊ tua solita benignitate, ⁊ clemētia bone Jesu, ⁊ dulcissime pater, erue illum a tormentis sibi deputatis, ⁊ ad ęternam requiem illum perducere digneris, cum voce exultationis. Amen. Oratio.

O Intemerata, ⁊ in ęternum benedicta virgo Maria, totius angustię, ⁊ miserię adiutrix: famulo tuo succurre dulciter, ⁊ tuam gloriosam faciem ostende illi in hac vltima necessitate sua, ⁊ omnes inimicos eius, in virtute suauissimi filij tui dñi nostri Jesu Christi, ⁊ sanctę Cru ✠ cis disperde, ⁊ a potente dracone infernali, ⁊ ab eius horribili visione, ⁊ ab omni fraude ma-

de malorũ spirituũ defende illum, ⁊ ex omni angustia libera eum, quatenus tecum cum beatis spiritibus dño Deo in cęlorꝝ beatissimo regno spirituales persoluat laudes. Amen. Oratio.

SAncte Michael Archangele succurre huic animę, apud altissimuz iudicem: o inuictissime pugil, assiste huic famulo tuo in extremis laboranti, ⁊ eum potenter a dracone infernali defende, ⁊ a visione, fraudeqꝫ malorum spirituum. Insuper exoramus te pręclarum, vt in hac extrema hora vitę ipsius, animam eius benigne suscipias, ac suauiter in sinum tuum recipias: illamque in locum refrigerij, lucis, ⁊ pacis perducas, cum domino Jesu ęternaliter regnaturam. Amen. Oratio.

MIsericordissime Domine Jesu Christe, fili Dei viui, in vnione illius cõmendationis, qua tuã sanctissimam animã in Cruce moriens patri tuo cęlesti cõmendasti: misericordissimã bonitatẽ tuã humiliter exorãtes petimus, quatenus per oẽm honorẽ, ⁊ meritũ eiusdẽ animę tuę sanctissimę, per quã oẽs saluãtur animę, ⁊ a morte perpetua liberãtur, animę famuli tui miserearis, eam misericorditer liberans ab insidijs diaboli: a miserijs, ⁊ pęnis: ⁊ illam per tuę sanctissimę passionis meritum, ⁊ beatissimę Marię Virginis, ⁊ matris tuę intercessionez, ad contemplationem tuę beatissimę visionis

perducere digneris. Amen. Oratio.

COmmendamus te carissime omnipotenti Deo cuius creatura es: vt cũ humanitatis debitum morte interueniente persolueris, ad creatorem tuum, qui te de limo formauit reuertaris: ⁊ de corpore egredienti animę tuę splendidus angelorum chorus occurrat: patriarcharum ⁊ prophetarum numerus suauissimo modulamine obuiam veniat: iudex apostolorũ senatus tibi blandus existat: candidatorum tibi martyrum exercitus iubiloso concentu obuiet: liliata rutilantium confessorum turma te lętanter excipiat: Jubilantium te virginum chorus suscipiat: ⁊ beatę quietis in sinu patriarcharum tibi suauis amplexus appareat: qui inter assistentes sibi iugiter te interesse faciant: Ignores omne quod horret in tenebris: quod stridet in flammis: quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Sathanas cum satellitibus suis: In aduentu suo te comitantibus angelis contremiscat: atque in ęternę noctis chaos diffugiat: Exurge Deus ⁊ dissipentur inimici eius, ⁊ fugiant a facie eius qui oderunt eum. Confundantur igitur ⁊ erubescant contra te legiones tartareę, ⁊ ministri Sathanę iter tuum, deducente angelo bono, impedire non valeant: ab omni cruciatu dominus Jesus Christus te liberet: qui amorose pro te mortuus est. Dominus

nus Jesus Christus Dei viui filius, saluator & redemptor tuus, intra sancta paradisi & amena loca te constituat. Et ille suauissimus pastor inter oues suas te locans agnoscat, complectatur, & nutriat. Ille amantissimus pater sui sacratissimi sanguinis pretio ab omnibus peccatis quę commisisti, malitia, miseria, fragilitate, & ignorantia mortaliter, & venialiter te benigne absoluat: atque cum electis suis ad dexteram suam perenni iubilo fruiturum te constituat: quatenus pijssimum redemptorem tuum facie ad faciem videns, & pręsens semper asistens, beatis oculis gloriosa visione potiaris: donec glorioso corpore tuo reassumpto, spirituali, essentiali, & accidentali pręmio, cum beatissimis spiritibus lęteris perenni euo. Proficiscere nunc anima Christiana de hoc misero mūdo, In nomine pa✠tris omnipotentis, qui te creauit. In nomine domini nostri Jesu ✠ Christi, qui pro te amorose passus est. In nomine spiritus ✠ sancti, qui in te gratiose effusus est: occurrant tibi, & succurrant sancti angeli, & omnis chorus angelorum. Subueniant tibi patriarchę in lumine fidei suę: prophetę in splendore spei suę: apostoli in fulgore eximię charitatis: martyres in mansuetissima patientia: confessores in humili obedientia: Virgines in limpida munditia: monachi in clara humilitate: Eremitę

mitę in syncera vitę austeritate, ꝛ omnes sancti, ꝛ sanctę Dei in plena virtutū cōsummatione. Adiuuent omnes orationes sanctorum, vt in pace, ꝛ luce sit locus tuus, ꝛ habitatio tua in cęlesti Jerusalem, per ęterna secula seculorum. Amē.

¶ Benedictio Cinerum, ꝛ cilicij, vel stamigne, in quibus ponendus est infirmus moriens.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini.
℟. Domine exaudi orationē meam. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oro.



DEus, qui non mortē, sed pęnitentiam desideras peccatoꝝ: ob fragilitatez conditionis humanę, famulū tuū benignissime respice, ꝛ hos cineres, quos causa, ꝓferendę humilitatis, atqꝫ ꝓmerendę venię, cilicium quoque induturus, est, eidē imponi decreuimus, bene ✠ dicere ꝓ tua pietate digneris, vt qui se cinerem esse ob prauitatis suę meritum, ꝛ in puluerem reuersurum se cognoscit, peccatoꝝ omniū veniā, ꝛ pręmia pęnitentibus repromissa, a te misericorditer consequi mereatur. Per Christū dn̄m nostrum. ℟. Amen.

Exorcismus Cinerum.

EXorcizo te cinis in nomine Dei pa ✠ tris omnipotentis, ꝛ in nomine Jesu ✠ Christi filij eius, ꝛ Spiritus ✠ sancti, q̄ te ꝑ ignez in fauillā conuerti pręcepit, vt sicut iussione Dei

per

per sanctum famulum suum Moysen cinis vi
tulę aspersus in populo omnem congregatio-
nem sanctificauit Israel, ita & tu exorcizatus in
in nomine sanctę Trinitatis, & in terra, & cilicio,
aspersus: in famulo Dei non lateat diabolus,
sed manifestetur, atque expellatur: vt purus, &
& syncerus inueniatur, per eundem dominu[m] no
strum Jesum Christum, qui venturus est iudi-
care viuos & mortuos, & seculum per ignem.
℟. Amen. Benedictio cilicij.

BEne ✠ dic domine hoc cilicium, quod fa-
mulus tuus pro humilitatis, & pęnitudinis
suę deuotione indui appetit: vt sicut Niniuita-
ru[m] populo in cinere & cilicio pęnitenti peper-
cisti, ita & famulus tuus humiliationis, & profes
sionis suę hoc indutus vestimento: a te creatore
suo omnium' percipiat incrementa virtutum, &
cunctorum indulgentiam consequatur delicto-
rum. Per Christum dominum. ℟. Amen.

Tunc aspersis cineribus & cilicio aqua benedi
cta: imponat vtrunq[ue] super infirmu[m], vel defun
ctum, & dicat sequentem orationem. Oremus.

INduat te Dominus vestimento salutis, &
qui, nobis vt humilitatis ostenderet for-
mam, vilibus voluit indui pannis in pręsepio,
ipse te faciat corde contrito, & humiliato sibi
assistere, ita vt ipse vestimento immortalitatis,
& stola iucunditatis, te intrinsecus induat. Qui
cum

cum Deo patre, & spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Respondeatur. Amen. Tunc sacerdos cineres super infirmum spargat, & cilicium super eum ponat. Si vero mortuus fuerit: cineres super eum iactet, & ciliciũ sub eo ponat, vel ipsũ induat. Egressa anima, legatur hoc responsorium sine cantu, cũ sequẽtibus orationibus. Subuenite sancti Dei, occurrite angeli domini, Suscipientes animam eius, Offerentes eam in conspectu altissimi. ℣. Suscipiat te Christus: qui vocauit te, & in sinũ Abrahę angeli deducant te. Offerentes eam in cõspectu altissimi. ℣. Requiem ęternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. In. Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Requiem ęternaz dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meaz. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscuz. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus.

Tibi Dñe cõmendamus animam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat, & q̃ per fragilitatẽ mundanę cõuersationis peccata commisit: tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christũ dñm nostr. ℟. Amen.

Tunc

Tunc sacerdos simpliciter dicat. Kyrie eleis. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Secreto. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. In memoria eterna erit iustus. ℟. Ab auditione mala non timebit. ℣. Ne tradas bestijs animaz confitentem tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Suscipe domine animam famuli tui, quaz de ergastulo huius seculi vocare dignatus es, et libera eam de locis penarum, vt quietis, ac lucis eterne beatitudine perfruatur, et inter sanctos, et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum dominuz nostrum. ℟. Amen.

Deinde Defunctus portatur in Ecclesiam, et cantatur hoc responsorium. Subuenite sancti Dei, occurrite. vt hic inferius notatum est

Responsorium.

Subue-

Subuenite sancti Dei: oc cur rite an ge li domini.

Suscipiẽtes animã e ius. Offerẽtes e am, In cõspectu al tissimi.

℣. Suscipiat te Chr̃s qui vo cauit te: ⁊ in sinu Abrahę angeli dedu cant te. Suscipientes animã.

℟.







Deposito corpore in Ecclesia, duo sacerdotes incipiant absolute Inuitato, Regem cui omnia viuũt. Uenite adoremus. ps. Uenite exul. Et solenniter cantent totam vigiliam, vel primum nocturnum vt infra, vel secundum consuetudinem loci, vel Ecclesię. Postea cantetur missa, si tempus congruum fuerit. Qua finita sacerdos incipiat absolute hanc orationem sequentem sine Oremus.

Non intres in iudicium cum seruo tuo domine: quia nullus apud te iustificabitur homo: nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio: non ergo eum quesumus tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei Christianę commendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium

cium vltionis, qui dum viueret insignitus est signaculo sancte Trinitatis. Qui viuis, & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

Post istam orationē, cantor incipiat istud ℟. Subuenite. vt supra. Et dum cantatur ℟. Sacerdos accipiat thuribulum de manu ministri, & incenset corpus defuncti. Finito ℟. cantor incipiat cum choro suo. Kyrie eleison. & alius chorus. Christe eleison. Postea oēs. Kyrie eleison. Postea Sacerdos dicat astantibus alta voce. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur, vt suscipi iubeas animam famuli tui N. per manus sanctorum angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahę patriarchę: resuscitandamque in nouissimo iudicij magni die, & quicquid vitiorum, diabolo fallente contraxit: tu pius, & misericors abluas indulgendo. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum.

Finita oratione cantatur Responsorium.



do mine: Dũ veneris iudica-

re se culum: per

i gnem. Dirige domine de-

us meus: in ɔspectu tuo viã me am.

Dũ veneris. ℣. Requiem ęter-

nã dona e is domine: ⁊ lux perpetua

lu ceat e is. Dum veneris.

Et dum Responsorium cantatur, sacerdos incenset corpus defuncti, sicut prius. Finito vero Responsorio, cantor incipiat Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. vt supra. Postea dicat sacerdos alta voce astantibus. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos a malo. vt supra. Oremus. Oratio.

FAc quesumus Domine, hanc cum seruo tuo defuncto misericordiam: vt factorum suorum in penis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem: vt sicut hic eum vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic eum tua miseratio societ angelicis choris. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Qua finita cantor incipiat Responsorium.

Libera me do mine, de morte eter na: in die illa tremenda.

Quãdo celi mouẽdi sunt, & ter ra.

Dum

Dum ve neris iudica re se culum per i gnem.

℣. Tremens factus sum ego, ⁊ ti meo: dū discussio ve nerit, atq3 ventura ira.

Quando. ℣. Dies illa dies i rę, ca lamitatis ⁊ miserię: dies magna, ⁊ amara valde. Dum. ℣. Requiem ęter nam

J





Expleto versu reiteratur ℟. Libera me dñe, de morte ęterna: in die illa tre. vt sup. Et dum cantatur, sacerdos incenset corpus sicut prius. Finito ℟sio cantor incipiat alta voce cum suo choro. Kyrie elei. Christe eleis. Kyrie eleison. Deinde Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Requiem ęternã dona ei dñe. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationez meã. ℟. Et clamor meus ad te ven. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus. Orõ.

Absolue quęsumus domine, animaz famuli tui: vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ quę per fragilitatem humanę conuersationis peccata commisit: tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per dominum. ℟. Amen.

¶ Finita oratione, dictus sacerdos precipiat portitoribus, vt decipiant feretruz. Illi vero accipientes deportent eum ad tumulũ, ⁊ dum portatur, clerici cãtent has sequẽntes antiphonas.

In paradisum deducant te angeli, in tuo aduentu suscipiant te martyres: & perducant te in ciuitatem sanctam Jerusalem. Aña. Chorus angelorum te suscipiat: & cum Lazaro quondam paupere eternam habeas requiem.

Cum autem peruenerint ad tumulum, sacerdos cum feretro, stet iuxta tumulum, & cantatis Antiphonis, sacerdos dicat orationem absolute. Oratio.

DEus, qui fundasti terram, ⁊ formasti celos: qui loca syderibus stabilita fixisti, qui captiuum laqueo mortis hominem lauacri ablutione reparasti: qui sepultos Abraham, Isaac, ⁊ Jacob in spelunca duplici, in libro vite, atque totius glorie principes annotasti benedicendos, ita bene ✠ dicere digneris hunc tumulum famuli tui N. vt hic eum requiescere facias, ⁊ in sinu Abrahe, Isaac, ⁊ Jacob collocare digneris, qui dominum nostrum Jesum Christum contritis laqueis infernorum: resurgere, seque, ac suorum membra credentium, resuscitare voluisti: respice domine super hanc fabricam sepulture: descendat ad eam domine spiritus tuus sanctus, vt te iubente sit in hoc loco famulo tuo quieta dormitio, ⁊ tempore iudicij cum sanctis tuis omnibus vera resuscitatio: prestante eodem domino nostro Jesu Christo. Qui tecum, ⁊ cum spiritu sancto viuit, ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Dicta oratione accipiat aquam benedictam, ⁊ aspergat super corpus defuncti, ⁊ tumulum, ⁊ postea incenset similiter. His peractis in persona defuncti dicantur he sequentes antiphone: que communiter dicuntur a fratribus, vel monachis, ⁊ cantor incipiat eas. Ant. Aperite mihi portas iustitie, ⁊ ingressus in eas confitebor domino. Ps. Confitemini domino quoniam bonus. Ant. Ingrediar in

in locum tabernaculi admirabilis vsq3 ad domum Dei. ps. Quemadmodũ desiderat ceruus. Aña. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. ps. Memento domine. Aña. De terra formasti me, ⁊ carne induisti me: redemptor meus domine, suscita me in nouissimo die. ps. Domine probasti me. Aña. Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe: qa nõ iustificabitur in conspectu tuo oĩs viuẽs. ps. Dñe exaudi. ℣. Aña. Oĩs spũs laudet dñm. ps. Laudate dñm de celis.

Ad Benedictus Antiphona.

Ego sum resurrectio, ⁊ vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet: ⁊ omnis qui viuit, ⁊ credit in me non morietur in eternũ. E v o v a e.

Et interim cum iste añe cantatur cum suis psal mis, sacerdos dicat has orationes. Oratio.

Oremus fratres charissimi, pro spiritu fratris nostri: quē dñs Deus de laqueo huius seculi liberare dignatus est: cuius corpusculū hodie sepulturę traditur, vt eum pietas domini in sinu Abrahę, Isaac, & Iacob collocare dignetur, vt cū iudicij dies aduenerit, inter sanctos, & electos suos eum in parte dextera collocandum resuscitari faciat. Per Christum dominum nostrum. ℞. Amen. Oratio.

Deus, cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo fideliū corpora, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur, vt quicqd anima famuli tui N. vitiorū, tuęq; volūtati contrariū, fallente diabolo, seu propria iniquitate, vel fragilitate contraxit: tu pius, & misericors abluas indulgendo: eamq; suscipi iubeas per manus sanctorū angelorū tuorū deducendā in sinum patriarcharū & pphetarū tuorū, Abrahę scilicet amici tui, Isaac electi tui, & Iacob dilecti tui: vnde aufugit dolor, atq; tristitia, & suspiriū: fideliū quoq; animę felici iucūditate lętantur: & in nouissimo iudicij magni die, inter sanctos, & electos tuos eā facias perpetuę glorię percipere portionē, quā oculus nō vidit, nec auris audiuit, & in cor hoīs non ascēdit: quā prępa rasti diligētibus te. Per Christum dñm. Oro.

Temeritas

Temeritas quidẽ est dñe, vt homo hoiem, cinis cinerẽ, mortalis mortalem, tibi dño Deo nostro audeat cõmẽdare. Sed quia terra suscipit terrã, & puluis conuertitur in puluerem, donec omnis caro in suaz redigatur originem: proinde, tuam pijssime pater lacrymabiliter quę sumus pietatez, vt huius famuli tui N. animam, quam de huius seculi voragine cęnulẽta ducis ad patriam, Abrahę amici tui in sinu recipias, & refrigerij rore perfundas, sit ab ęstuãtis gehennę trucis incendio segregata, & beatę requiei tuę te donante coniuncta, & si quę sunt illi domine dignę cruciatibus culpę, tu ei gratia mitissimę lęnitatis indulge: nec peccati recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem. Cumqz finito mundi termino, supernum cũctis illuxerit regnum, nouus homo sanctorum omnium cętibus aggregatus, cum electis tuis resurgat, in parte dextera coronãdus. Per Christum dominum nostrum. R. Amen. Oratio.

Opus est misericordię domine sancte, pater omnipotens, ęterne Deus, rogare pro alijs: & qui pro nostris supplicare peccatis nequaquã sufficimus, suscipe rogamus animã famuli tui N. reuertentem ad te. Adsit ei angelus testamenti tui Michael, & per manus sanctorum angelorum tuorum, inter sanctos, & electos tuos, in sinibus Abrahę, Isaac, & Iacob pa-

triarcharum tuorum eam collocare digneris. Libera eum domine de principibus tenebrarum, & de locis penarum: ne famulus tuus ullis iam primeue natiuitatis, vel ignorantie confundatur erroribus. Agnoscatur a tuis, & misericordia bonitatis tue ad locum refrigerij, & quietis in sinum Abrahe transferatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

DEbitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes, Deum cui oia viuunt, fideliter deprecemur: vt hoc corpus fratris nri, (sororis nostre) N. a nobis in infirmitate sepultum in ordine sanctorum suoru resuscitet: & eius spiritum sanctis, ac fidelibus aggregari iubeat: cu quibus inenarrabili gloria, & perenni felicitate perfrui mereatur. Per Christum dnm nostrum. ℟. Amen. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es: dum te iubente puluis redit in puluerem: tu imaginem tuam, cum sanctis, & electis tuis, eternis sedibus iubeas sociari. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

His omnibus finitis postquam sepultum fuerit corpus: Sacerdos cum aqua benedicta aspergat tumulum, & dicat alta voce. Pater noster. Et omnes sub silentio eum dicant ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera

libera nos a malo. ℣. Non intres in iudiciuꝫ cum seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cuꝫ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Satisfaciat tibi q̄s dn̄e Deus noster: ꝓ anima famuli tui N. fratris nr̄i, (sororis nr̄ę) beatissimę Dei genitricis semperqꝫ virginis Marię, ꝛ beatoꝝ apostoloꝝ Petri, ꝛ Pauli, oīumqꝫ sanctorū tuorū oratio, ꝛ pręsentis familię tuę humilis, ꝛ deuota supplicatio, vt peccatorū oīum veniam, quā precamur obtineat: nec eū (eā) patiaris cruciari gehēnalibus flāmis, quē filij tui dn̄i nostri Jesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecū, ꝛ cum spiritu sancto viuit ꝛ regnat in secula seculorū. ℟. Amen. ℣. Dn̄s vobis. ℟. Et cū spū. Sacerdos dicat. Anima eius, ꝛ aīę oīum fideliū defunctoruꝫ per misericordiā Dei requescant in pace. ℟. Amē. Et statim cantor incipiat ℟. Memento mei Deus. cum quo reuertuntur in Ecclesiam. ℟.






ventus est vita mea a. Nec



aspi ciat me visus homi nis.




℣. De profun dis clamaui ad te domi-



ne: domine exaudi vocem me-



am. Nec. ℣. Re quiem eternam dona



eis domi ne: et lux perpetua lu-



ceat e is. Nec aspi ci at.

Cum reuertuntur in Ecclesiam, ordinate stent in choro, & finito Rº. sacerdos dicat Pater noster. ℣. Et ne nos. sicut superius, Oratio.

Ibi domine commendamus animam famuli tui, vt defunctus seculo tibi viuat, & si qua per fragilitatem humane conuersationis peccata cõmisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per dominum nost. ℟. Amen.

¶ In funere seculariũ, hoc modo fiat officiũ. Sacerdos cum superpelliceo, stola, & pluuiali in medio stans absolute, & sine Oremus, incipit orationem sequentem. Oratio.



Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe: quia nullus apud te iustificabitur homo: nisi p te omnium peccato℞ ei tribuatur remissio: nõ ergo eum quesumus tua iudicialis sententia premat: quem tibi vera supplicatio fidei Christiane commendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret, insignitus est signaculo sancte Trinitatis. Qui viuis, & regnas in secula seculorum. ℟. Amen.

Post istam orationẽ cãtor incipiat istud Reiñ. Subuenite, vt sup. Et dum cantatur ℟. sacerdos accipiat turibulum de manu ministri, & incenset corpus defuncti. Finito responsorio cantor incipiat cum choro suo Kyrie eleis. & alius

alius chorus Christe eleison. Postea omnes. Kyrie eleison. Postea sacerdos dicat astātib9 alta voce. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spū tuo. Oratio.

Deus cuius omnia viuunt, ⁊ cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur, vt suscipi iubeas animam famuli tui N. per manus sanctorum angelorum deducendā in sinum amici tui Abrahę patriarchę, resuscitandamqꝫ in nouissimo iudicij magni die: ⁊ quicquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius, ⁊ misericors abluas indulgendo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Finita oratione cantat ℟. Libera me domine. cum suis versibus, ⁊ Requiem. vt supra notatum est. Et vbi consueuit committantur versus sacerdotibus, ⁊ religiosis. Expleto versu reiteratur ℟. Libera me Domine. Et dum cantatur, sacerdos incenset corpus sicut prius. Finito Responsorio cantor incipiat alta voce cum suo choro Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Deinde Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Requiem ęternam dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine

mine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Absolue quesumus dn̄e, animam famuli tui, vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ quę per fragilitatem humanę conuersationis pecca ta commisit: tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christū dn̄m nostrū. ℟. Amē. Finita oratione, dictus sacerdos precipiat portitoribus, vt accipiant feretrum. Illi vero accipientes, deportent eum ad tumulum, ⁊ dum deportatur, clerici cantent has sequentes Antiphonas. In paradisum. ⁊ Antiphonam. Chorus. vt supra. Postea incipiatur Antiph. Ego sum. ps. Benedictus dominus Deus Israel. Aña. Ego sum. tota dicatur post psalmum. Finita antiphona sacerdos cum aqua benedicta aspergat tumulum, ⁊ dicat alta voce. Pater noster. Et omnes sub silentio dicant. Qui es in celis. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Nō intres in iudicium cum seruo tuo domine. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cum. Oremus. Orō.

Satisfaciat

Satisfaciat tibi q̃s dñe Deus noster, ꝓ anima famuli tui beatissime Dei genitricis, semperq; virginis Marie, & beatorum apostolorum Petri & Pauli, omniũq; sanctorũ tuorum oratio, & presentis familie tue humilis & deuota supplicatio, vt peccatorũ omnium veniã, quam precamur, obtineat: nec eũ patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem filij tui dñi nostri Jesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, & cum spiritu sancto viuit, & regnat Deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spũ tuo. Sacerdos dicat. Anima eius, & anime omniũ fidelium Defunctorum per misericordiam dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Et statim cantor incipiat ℟. Memento mei Deus. cum quo reuertuntur in Ecclesiam. Cum autem reuersi fuerint in Ecclesiam, ordinate stent in choro, & finito ℟. sacerdos dicat Pater nr. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Requiẽ eternã dona ei dñe. sicut superius. Oremus. Oratio.

Tibi Domine commendamus animaz famuli tui, vt defunctus seculo tibi viuat: & siqua per fragilitatem mundane conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum Dominũ nostrum. ℟. Amen.

OFFI-

OFFICIVM PARVVLORUM PUERORUM.

Quando puer extrahitur de domo, dicitur An.



Sit nomen domini benedictũ: ex hoc nunc ꝛ vsq; in seculuz. psalm. Laudate pueri dominum. Et repetitur Antiph. Sit nomẽ Domini benedictuz. ℣. Hic accipiet benedictionem a domino. ℟. Et misericordiam a Deo salutari suo. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ꝛc. ℣. Me autem propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in ęternum. ℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. Oremus.

Omnipotens, ꝛ mitissime Deus, qui omnibus paruulis renatis fonte baptismatis, dum migrant a seculo, sine vllis eorum meritis, vitaz illico largiris ęternam: sicut animę huius paruuli, (paruulę) credimus te fecisse: fac nos q̃ sumus per intercessionem beatę Marię semper virginis, ꝛ omnium electorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, ꝛ in paradiso beatis paruulis perẽniter sociari. Per Christũ dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Ana. Iuuenes, ꝛ virgines,

gines, senes cum iunioribus laudate dñm de celis. ps. Laudate dñm de celis.. cum Gloria. Kyrie elei. Christe elei. Kyrie eleis.. Pater nr.
℣. Sinite paruulos venire ad me. ℞. Talium est enim regnum celorum. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat.. ℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, sancte puritatis amator, qui aiam huius paruuli ad celorum regnuz hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam ita nobiscum misericorditer agere, vt meritis tue sanctissime passionis, in eodem regno nos cum omnibus sanctis, et electis tuis semper facias cogaudere. Qui viuis, et regnas cuz Deo patre in vnitate. Aña. Benedicite dominum. Canticum trium puerorum. Benedicite omnia opera domini domino. Antiphona. Benedicite dominum omnes electi eius: agite diem letitie, et confitemini illi. ℞. Amen. Oratio.

DEus, qui miro ordine angelorum ministeria, hoiumqz dispensas, cocede propitius, vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur, Per dñm nostrum Jesum Christum filium tuum, ℣. Benedicamus dño. ℞. Deo gratias. ℣. Et fidelium anime per misericordiam.

¶. Quando

¶ Quando funus effertur in ecclesiam, in qua sepeliri debet: tunc additur sequens officium secundum morem Venetum. Antiphona.



NOn timebis anima: quia Christus passus est: Per cuius passionem, nos redempti sumus. Antiphona. Dominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam dominus. Per cuius passionem. Antiphona. In paradisum deducant te angeli: in tuo aduentu suscipiant te martyres, & perducant te in ciuitatem sanctam Jerusalez. Antiphona. Chorus angelorum te suscipat, & cum Lazaro quondaz paupere, eternam habeas requiem.

Deinde venit sacerdos illius ecclesie cum suis clericis, & reliquum prosequitur officium: sic dicens. Aña. Quomodo confitebor tibi domine, quando veneris in iudicio tuo: quia cor meum mundum non custodiui: animam meum in carne positam pollui: templum corporis mei de opere iniquitatis coinquinaui: precor te domine, antequam discutias me, miserere mei: tibi soli peccaui dñe, miserere mei. Dicit sacerdos. Kyrie el. Christe eleison. Kyrie elei. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in ten. ℟. Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine. ℣. Requiem eternaz dona eis dñe. ℟. Et lux.

℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.
Adesto q̄s dn̄e supplicationibus nostris, ꝛ pias aures tuas ad preces nr̄as inclinare digneris: vt nos de throno maiestatis tuę clementer exaudias, ꝛ orationes famulatus nostri dignanter admittas. Te inuocamus domine sancte, pater omnipotens, eterne Deus, pro aīa famuli tui N. quem hodierna die de hac luce vocare dignatus es, vt iubeas ei prępararí paradisi tui loca virentia: non exurat eum flamma ignis crudelis gehennę: quia propterea dominus noster Jesus Christus filius tuus, in ligno crucis sub Pontio Pilato pati dignatus est, vt animas, quę per Adę transgressionem perierant, sua sancta resurrectione ab inferni claustris liberaret. Confundantur ergo gehennę ianitores, ꝛ ministri nequitię erubescant. Deducant eaꝫ angelicę potestates in finibus patriarcharum Abrahę, Jsaac, ꝛ Jacob patrum nostrorum: consequatur a tua potentia paratam electis iucunditatem, ꝛ a dextris hęreditatem adepta lętetur: vt cum dies ille tremendę agnitionis tuę aduenerit, vna cum sanctis, ꝛ electis tuis, qui tibi placuerunt, resurgere mereatur ad indulgentiam, non ad pęnam: ꝛ animam illam

quam

quam fontis vnda perfudit, ⁊ chrisma salutis inunxit, non sinas flammarū ardoribus cruciari, nec peccatorū vinculis alligari: sed liberam redde paradiso tuo, per indulgentiam pietatis tuę: quia tuā clementiaʒ, dū in hoc seculo constitit, non negauit. Per Christum dominum nostrum. ℟. Anima huius, dum derelinqueret munduʒ, soli Deo deuota est: caro enim requiescet donec tempus veniet. ℣. Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam. Caro. Oremus.

DEus vniuersorum creator, ⁊ conditor: qui es beatitudo sanctorum: pręsta nobis petentibus: vt spiritū fratris (vel sororis) nostri, a corporis nexibus absolutum: in lucis ęternę facias regione gaudere. Per Christum dñm nostrū. ℟. Aiaʒ de corpore: q̄ʒ assumpsisti dñe, fac gaudere cū sctis tuis in glīa. Oremus. Oratio.

SUpplices exoramus pietatem tuam dñe sancte, pater omnipotens, ęterne Deus, ꝓ anima famuli tui: quā de hac luce accersiri iussisti, vt eam in regione viuorum constituēs, partem beatę resurrectionis inter sanctos ⁊ electos tuos habere concedas. Per Christum dñm. ℟. In paradisum deducāt te angeli, in tuo ⁊c. Añā. Ego sum. Cant. Benedictus. An. Ego sum resurrectio ⁊ vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: ⁊ omnis qui viuit ⁊ credit

in me, non morietur in eternum. Kyrie elei. Christe elei. Kyrie eleis. Oro. Pater nr. V. Et ne nos. R. Sed libera nos. V. Dne exaudi orationem meam. R. Et clamor meus. V. Dns vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Tibi dne commendamus animam famuli tui: vt defunctus seculo, tibi viuat: et si qua per fragilitatem humane conuersationis peccata admisit: tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum dnm nostrum.

Oratio pro animabus defunctis.

Deus cuius miseratione anime fidelium requiescunt: famulis et famulabus tuis omnibus, hic et vbique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine letentur. Per Christum. V. Requiem eternam dona eis domine. R. Et lux perpetua luceat eis. V. Requiescant in pace. R. Amen. V. Anima eius et omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

¶ In anniuersariis vnius, vel plurium defunctorum fit sequens officium. Cantata missa dicatur, R. Redemptor. cum sequentibus orationibus.

Redemptor meus viuit, et in nouissimo die resurgam, et renouabuntur denuo ossa mea. Et in carne mea videbo dnm deum. V. Lauda anima mea dnm: laudabo dominum in vita

ta mea: psallã Deo meo quãdiu ero. Et in carne. ℣. Requiez eternã. Et in carne. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Oratio. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Requiem eternã. ℟. Et lux perpetua. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe. ℣. Requiescãt in pace. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spi. Oremus.

TE dñe sancte, pater omnipotens, eterne Deus, supplices deprecamur pro animabus famulorum, famularumqꝫ tuarum: vel famuli tui: quos, vel quem de voraginibus huius seculi ad te accersiri precepisti: vt digneris eis, vel ei dñe dare locum lucidum, ⁊ locum refrigerij, ⁊ quietis: liceatque eis, vel ei transire portas infernorum, ⁊ penas tenebrarum: maneantque vel maneatque in mansionibus sanctorum, ⁊ in luce sancta, quam olim Abrahe pmisisti, ⁊ semini eius: nullã lesionẽ sustineãt, vel sustineat spũs eorũ, vel eius sed cũ magnus dies ille resurrectionis, ac remunerationis aduenerit: resuscitare eos, vel eum, digneris domine ad requiẽ, vna cũ sanctis, ⁊ electis tuis: deleasque eorũ vel eius delicta, atque peccata, vsque ad nouissimũ quadrãtem: tecumqꝫ immortalitatis vitã ⁊ regnũ cõsequantur, vel cõsequatur eternũ. Per d. Amẽ. Hec reques mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam preelegi eã. Oremus.

O Jri vulneris nouitate perculsi, ⁊ quodam modo cordibus sauciati, misericordiam tuam redemptor mundi flebilibus vocibus im ploramus, vt charorum nostrorum animas: vel cari nostri animam proprium ad te datorem re uertentes: vel reuertentem: blande, leniterque suscipias: vt si quas ille vel illę ex hac carnali commixtione contraxerunt vel contraxit macu las: tu Deus solita pietate clementer indulge as: obliuionique in perpetuum tradas: atque eandem laudem tibi cũ cęteris reddituras, vel redditurã: ⁊ ad corpora vel corpus quan doq; reuersuras vel reuersuram: sanctorũ tuo rũ cętibus aggregari pręcipias saluator mũdi. Per Chrm dñm. Aña. Animã precamur, quã creasti dñe: vt suscipi iubeas in regnũ tuũ: ⁊ in sinu Abrahę collocari facias, vt cum beato La zaro portionem accipiat. Oremus. Oratio.

O Mnipotentis Dei misericordiam depre cemur: cuius iudicio nascimur, ⁊ finimur: vt spiritus fratrum, ⁊ sororum: vel fratris, ⁊ sororis nostrę congregationis: quos, vel quem domi ni pietas de incolatu mundi huius transire pce pit: requies ęterna suscipiat, ⁊ eos vel eũ, beatę resurrectioni pręsentet, ⁊ in finibus Abrahę J saac ⁊ Jacob collocare dignetur. Per Chrm. Aña. Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam: propter nomen tuum domine, viuifica bis

bis me in equitate tua, et educes de tribulatione animam meam. Oremus.

Deus, qui iustis supplicationibus semper presto es: qui pia vota dignaris intueri: da famulis, et famulabus tuis: vel famulo tuo, quorum, vel quarum: vel cuius: hodie officia prestamus, cum sanctis, atque electis tuis beati muneris portionem. Per Christum. R. Amen. Ana. Credo domine Deus meus Jesu Christe, carnis resurrectionem, et vitam eternam: sed tamen deprecor tuam clementiam, vt non inter hedos, sed inter oues consortium merear. Oremus. Oro.

Clementiam tuam suppliciter exoramus domine sancte, pater omnipotens, eterne deus: redemptor animarum: pro animabus famulorum famularumque tuarum: vel anima famuli tui: quos vel quem de hac luce accersiri iussisti: vt angelus tuus suscipiat eos: vel eum: et spiritus tuus refrigeret eos: vel eum: vt cum iudicabuntur: vel iudicabitur: non exeant condemnati: vel exeat condemnatus. vel condemnata. Per Christum dominum nostrum. R. Amen. Ps. De profundis clamaui. totum V. Requiem eternam dona eis domine. R. Et lux perpetua luceat. V. A porta inferi. R. Erue domine animas eorum. V. Requiescant in pace. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat,

niat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus: annue precibus nostris ea, quę poscimus, ⁊ da omnibus fidelibus tuis: quorum corpora hic ⁊ vbique in christo requiescunt, refrigerij sedez, quietis beatitudinem, ⁊ luminis claritatem: vt qui peccatorum suorum pondere pręgrauant, eos supplicatio commendet ecclesię. Per Christū dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Requiem ęternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.



OFFICIVM DEFVNCTORVM.

Ad Vesp. Aña. Placebo domino. Psalmus.



Ilexi, quoniam exaudiet dominus, vocem orationis mee,
Quia inclinauit aurem suam mihi: ⁊ in diebus meis inuocabo.
Circumdederũt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem, ⁊ dolorem inueni: ⁊ nomen domini inuocaui.
O domine libera animam meam, misericors dominus, ⁊ iustus: ⁊ Deus noster miseretur.
Custodiens paruulos dominus, humiliatus sum, ⁊ liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meã de morte: oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu.
Placebo domino in regione viuorum.
Requiem ęternam dona eis domine,
Et lux perpetua luceat eis. Añ. Placebo dño in regione viuorũ. Aña. Hei mihi. Psalmus.
AD dominum cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me.
Domine libera animam meam a labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa.

Quid

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?
Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs.
Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar: multuz incola fuit anima mea.
Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.
Requiem eternam dona eis domine.
Et lux perpetua luceat eis.
Antipho. Hei mihi domine: quia incolatus meus prolongatus est. Aña. Dominus. psalm.
Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxiliũ meuz a dño, qui fecit celum, & terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israel.
Dominus custodit te, dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.
Per diez sol nõ vret te: neque luna per noctez.
Dominuz custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.
Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc, nunc, & vsque in seculum.
Requiem eternam dona eis domine.
Aña.

Aña. Dñs custodit te ab omni malo: custodiat animam tuã dñs. Aña. Si iniquitates. psalˢ.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuę intendentes: in vocem deprecationis meę.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: ꝛ propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in domino.
Quia apud dominum misericordia: ꝛ copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.
Requiem ęternam dona eis domine.
Antiph. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit? Aña. Opera manuum. psalˢ.
Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
In cõspectu angelorũ psallã tibi: adorabo ad templũ sanctuʒ tuũ: ꝛ confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua, ꝛ veritate tua: qm̃ magnificasti super omne nomen sanctum tuum.
In quacunque die inuocauero te, exaudi me:
multi-

multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi domine omnes reges terrę: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in vijs domini: quoniam magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dominus, ꝛ humilia respicit: ꝛ alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: ꝛ super irã inimicorum meorũ extendisti manũ tuam, ꝛ saluum me fecit dextera tua.

Dñs retribuet ꝓ me, dñe misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Requiem ęternam dona eis domine.

Aña. Opa manuum tuarum dñe ne despicias.

℣. Audiui vocem de cęlo dicentem mihi.

℟. Beati mortui, qui in domino moriuntur.

Antiphona. Omne quod dat mihi pater.

Canticum beate Marie.

Magnificat: anima mea dominum.

Et exultauit spiritus meus: in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillę suę: ecce eniꝫ ex hoc beatam me dicẽt oẽs generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: ꝛ sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos

perbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: ⁊ exaltauit hu-
miles.
Esurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimisit
inanes.
Suscepit Israel puerum suum: recordatus mi-
sericordię suę.
Sicut locutus est ad patres nostros: Abrahã
⁊ semini eius in secula.
Requiem ęternam dona eis domine.
Antiphona. Omne quod dat mihi pater, ad
me veniet ⁊ eũ qui venit ad me, non eijciam fo-
ras. Pater noster. Psalmus.
Lauda anima mea dominum, laudabo do-
minum in vita mea: psallam Deo meo
quamdiu fuero.
Nolite confidere in principibus: neque in fi-
lijs hominum, in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius, ⁊ reuertetur in terram
suam: in illa die peribũt oẽs cogitationes eorũ.
Beatus cuius Deus Jacob adiutor eius, spes
eius in domino Deo ipsius, qui fecit cęlum, ⁊
terram: mare, ⁊ omnia quę in eis sunt.
Qui custodit veritatẽ in seculum: facit iudiciũ
iniuriam patientibus, dat escam esurientibus.
Dominus soluit compeditos: dominus il-
luminat cęcos.
Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.

Dominus

Dominus custodit aduenas, pupillum, ꝛ viduam suscipiet: ꝛ vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula: Deus tuus Sion, in generatione ꝛ generationem.

℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spi. Oremus.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta quesumus, vt eorũ quoque perpetuo aggregentur consortio.

DEus venie largitor, ꝛ humane salutis amator: quesumus clementiam tuam, vt nostre congregationis fratres, sorores, propinquos, ꝛ benefactores nostros, qui ex hoc seculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas.


FIdelium Deus omnium conditor, ꝛ redẽptor: animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis ꝛ regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum

lorum. ℟. Amen. ℣. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.


Ad Matutinum Inuitatorium.




REgem cu i om ni a viuunt.




Ve ni te a do re mus.



VEni te ex ul te mus Do mi-



no: iubi le mus Deo salu ta ri nostro:



preoccupemus fa ci em e ius in confes-



si o ne: et in psalmis iubilemus e i.

Regem

Regem. ℣. Quoniam Deus ma-
gnus dominus : ⁊ rex magnus super
omnes deos : quoniam non re pel-
let dominus plebem suam : quia in ma-
nu eius sunt omnes fines terre : ⁊ alti-
tudines montium ipse conspicit. Ve-
ni te. ℣. Quo ni am ip si us est
mare



mare, ⁊ ipse fecit illud, ⁊ aridã fundaue-




runt manus eius. Venite adoremus, ⁊




procidamus ante deum: ploremus coram



dño, q fecit nos: quia ipse est dñs deus



noster: nos autẽ populus eius, ⁊ oues pa-



scuę eius. Regem. ℣. Hodie si vocem



eius, audieritis nolite obdurare corda

Catechu. R vestra.

vestra. Sicut in exacerbatione secundum

diem tentationis in deserto, vbi tentaue-

runt me patres vestri: probauerũt, & vide-


runt opera mea. Veni te adoremus. Ꝟ.


Quadraginta annis, proximus fui generatio-


ni hu ic, & dixi semper hi errant corde:


ipsi vero non cognouerunt vias meas,

quibus










IN PRIMO NOCTVRNO.





Erba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meę: rex meus, & Deus meus.


Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, et videbo: quoniaz non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes, qui operantur iniquitatez: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum, et dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordię tuę.
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.
Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et lętentur omnes, qui sperant in te: in ęternum exultabunt, et habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniaz tu benedices iusto.
Domine, vt scuto bonę voluntatis tuę: coronasti nos.
Requiem ęternam dona eis domine.


Añ.



D Irige domine Deus me us



in cõspectu tuo viam meã. E v o v a e.



Añ. Conuer tere domine. Psalmus.

D Omine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei domine, qm̃ infirmus sum: sana me dñe, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?

Conuertere domine, ⁊ eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini ini-

quitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubescant valde velociter.

Requiem eternam dona eis domine.

Aña. Conuer tere dñe: & eripe animam

meam: quoniam non est in morte qui me

mor sit tui. E v o v a e. Añ. Ne qñ. ps.

Domine Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Nequando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

Domine Deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidã
merito ab inimicis meis inanis.
Persequatur inimicus animam meam: ꝛ com-
prehendat, ꝛ conculcet in terra vitam meam: ꝛ
gloriam meam in puluerem deducat.
Exurge domine in ira tua: ꝛ exaltare in fini-
bus inimicorum meorum.
Et exurge dñe deus meus in precepto quod
mandasti: ꝛ synagoga populoꝝ circundabit te.
Et propter hanc in altum regredere: domi-
nus iudicat populus.
Iudica me domine secundum iustitiam meã:
ꝛ secundum innocentiam meam super me.
Consumetur nequitia peccatorum, ꝛ diriges
iustum: scrutans corda, ꝛ renes Deus.
Iustum adiutorium meum a domino: qui sal-
uos fecit rectos corde.
Deus iudex iustus, fortis ꝛ patiens: nunquid
irascitur per singulos dies?
Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit:
arcum suum tetendit, ꝛ parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ar-
dentibus effecit.
Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem:
ꝛ peperit iniquitatem.
Lacum aperuit, ꝛ effodit eum: ꝛ incidit in fo-
ueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: ꝛ in


verticem ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor domino secundum iustitiam eius: et psallam nomini domini altissimi.
Requiem eternam dona eis domine.
Et lux perpetua luceat eis.

Aña. Nequando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat: neque qui saluum faciat. E v o v a e.

℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos. Lectio prima.

Parce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eū: aut quid apponis erga eum cor tuum? Uisitas eum diluculo, et subito probas illuz. Usquequo non parcis mihi: nec dimittis me: vt glutiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contra-
rium

rium tibi, ꝛ factus sum mihimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum, ꝛ quare non aufers iniquitatē meam? Ecce nunc in puluere dormiā: ꝛ si mane me quesieris, non subsistam.



R.j. Credo ꝙ redemptor meus




vi uit, ꝛ in nouissimo di e




de terra surrectu rus sum. Et in car-



ne me a vide bo De-



um saluato rem



me um. V. Quem visurus sum ego.









Lectio secunda.

Taedet animam meam vitę meę: dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animę meę. Dicam deo: noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur: si calumnieris, ⁊ opprimas me opus manuū tuarum: ⁊ consilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, ⁊ tu vides? Nunquid sicut dies hominis, dies tui: ⁊ anni tui sicut humana sunt tempora? Ut queras iniquitatem meam, ⁊ peccatum meum scruteris. Et scias: quia nihil impium fecerim: cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.



R. ij. Qui Lazarum resuscita-



sti a monumen to fetidum. Tu



eis do mi ne dona requi-



em: ⁊ locum indul genti ę. V.



Qui venturus es iudicare vi-





uos, ⁊ mortu os: ⁊ secu lum per



i gnem. Tu eis. Lectio iij.

Manus

Manus tuę dñe fecerunt me: ⁊ plasmauerũt me totũ in circuitu, ⁊ sic repente pręcipitas me: Memento queso, ꝙ sicut lutũ feceris me, ⁊ in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, ⁊ sicut caseũ me coagulasti: Pelle, ⁊ carnibus vestisti me: ossibus, ⁊ neruis compegisti me. Vitam, ⁊ misericordiã tribuisti mihi, ⁊ visitatio tua custodiuit spiritum meum.

R. iij.

Domi ne quãdo vene ris iudica re terram v bi me abscon dã a vultu irę tu ę Quia pec caui ni mis in vita me a. V. Commissa mea pa




a pauesco: ⁊ ante te erube sco.




dū veneris iudicare noli me cōdem-



na re. Quia. ℣. Requiem



ęternā dona eis domine, ⁊ lux per-



petua lu ceat e is. Quia.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Antiphona. In loco pascuę. Psalmus

Dominus regit me, ⁊ nihil mihi deerit: ī loco pascuę ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitię: propter nomen suum.

Nam

Nam ⁊ si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala, quoniam tu mecum es.
Virga tua, ⁊ baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos, qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: ⁊ calix meus inebrians quam preclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee.
Et vt inhabitem in domo domini: in longitudine dierum.
Requiem eternam. Aña. In loco pascue, ibi me collocauit. Antipho. Delicta. Psalmus.
Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.
Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes: superuacue.
Vias tuas domine demonstra mihi: ⁊ semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, ⁊ doce me: quia tu es Deus saluator meus, ⁊ te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarum domine: ⁊ misericordiarum tuarum, que a seculo sunt.
Delicta iuuentutis mee: ⁊ ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.
Dulcis, et rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.
Uniuersę vie Domini misericordia et veritas: requirentibus testamentum eius, et testimonia eius.
Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.
Quis est homo, qui timet dominum: legem statuit ei in via, quam elegit?
Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram.
Firmamentum est dñs timentibus eum: et testamentum ipsius, vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipsę euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me, et miserere mei: quia vnicus, et pauper sum ego.
Tribulationes cordis meis multiplicatę sunt: de necessitatibus meis erue me.
Uide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam, et erue me: non erubescam

hescam quoniam speraui in te.

Innocentes, ꝛ recti adheserunt mihi: quia sustinui te.

Libera Deus Israel: ex omnibus tribulationibus suis. Requiem eternam dona eis dñe.

Aña. Delicta iuuentutis mee, ꝛ ignorantias meas ne memineris dñe. Aña. Credo. Psal.

DOminus illuminatio mea, ꝛ salus mea: quem timebo?

Dñs protector vite mee: a quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes: vt edãt carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt, ꝛ ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo.

Unam petij a dño, hanc requiram: vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee.

Ut videam voluntatem domini: ꝛ visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me: ꝛ nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Circuiui, ꝛ immolaui in tabernaculo eius

hostiam

hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam domino.
Exaudi domine vocem meam, qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me.
Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.
Ne auertas faciem tuam a me: & ne declines in ira seruo tuo.
Adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris meus.
Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.
Legem pone mihi dñe in via tua: & dirige me in semitam rectam, propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona Dñi: in terra viuentium.
Expecta dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine dominum.
Requiem eternam. Aña. Credo videre bona Domini, in terra viuentium.
℣. Collocet eum dominus cum principibus.
℟. Cum principibus populi sui.
Pater noster. ℣. Et ne nos. Lectio iiii.
RESponde mihi: quantas habeo iniquitates & peccata: scelera mea, atque delicta ostende mihi: Cur faciem tuam abscondis: &

arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines: & consumere me vis peccatis adolescentię meę. Posuisti in neruo pedem meum: & obseruasti omnes semitas meas: & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum: & quasi vestimentum, quod comeditur a tinea.

℣. Memento mei Deus: quia ventus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis.

℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Nec. Lectio quinta.

Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur: & fugit velut vmbra: & nunquam in eodem statu permanet. Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu, qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius: qui preteriri nō poterunt. Recede ergo paululum ab eo: vt quiescat, donec optata veniat, & sicut mercenarij dies eius.

℟. Hei mihi domine, quia peccaui nimis in vita mea: quid faciam miser? vbi fugiam: nisi ad

te Deus

te Deus meus: Miserere mei dum veneris in nouissimo die. ℣. Anima mea turbata est valde: sed tu dñe succurre ei. Miserere. Lectio vi.

Quis mihi hoc tribuat: vt in inferno protegas me, ⁊ abscondas me, donec pertrãseat furor tuus, ⁊ constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rursuz viuat? Cunctis diebus, quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, ⁊ ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis.

℟. Ne recorderis peccata mea domine. Duz veneris iudicare seculum per ignem.

℣. Dirige domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris.

℣. Requiem ęternam dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. Dum veneris.

IN TERTIO NOCTVRNO.

Antiphona. Complaceat tibi. Psalmus.



Xpectans expectaui dominum: ⁊ intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: ⁊ eduxit me de lacu miserię, ⁊ de luto fecis.

Et statuit supra petram pedes meos: ⁊ direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum:

carmen Deo nostro.

Videbunt multi, ꝛ timebunt, ꝛ sperabunt in Domino.

Beatus vir cuius est nomen dñi spes eius: ꝛ nõ respexit in vanitates, ꝛ insanias falsas.

Multa fecisti tu dñe Deus meus mirabilia tua: ꝛ cogitationibus tuis nõ est qui similis sit tibi.

Annunciaui, ꝛ locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium, ꝛ oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum ꝛ pro peccato non postulasti: tunc dixi, ecce venio.

In capite libri scriptum est de me: vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, ꝛ legem tuam in medio cordis mei.

Annunciaui iustitiam tuaꝫ in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, Dñe tu scisti.

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam, ꝛ salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, ꝛ veritatem tuam: a concilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua, ꝛ veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circundederunt me mala, quorum non est numerus: cõprehenderunt me iniquitates meę, ꝛ non potui vt viderem.

Multi-

Multiplicatę sunt super capillos capitis mei, cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine, vt eruas me: domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur, & reuereantur simul, qui quęrunt animam meam: vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum, & reuereantur: qui volunt mihi mala.
Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, euge, euge.
Exultent, & lętentur super te omnes quęrentes te, & dicant semper, magnificetur dominus: qui diligunt salutare tuum.
Ego autem medicus sum, & pauper: dominus solicitus est mei.
Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris. Requiem ęternam.
Cõplaceat tibi dñe vt eripias me: dñe ad adiuuandum me festina. Aña. Sana dñe.
Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eũ Dominus.
Dñs conseruet eum, & viuificet eum: & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animã inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.
Ego dixi, domine miserere mei: sana animam

meam, quia peccaui tibi.

I nimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius.

E t si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.

E gredie batur foras: & loquebatur in idipsuz.

A duersuz me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

V erbum iniquuz constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit, non adijciet vt resurgat?

E tenim homo pacis mee, in quo speraui: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.

T u autem domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.

I n hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

M e autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in eternum.

B enedictus dominus Deus Israel a seculo: & vsque in seculum, fiat fiat. R equiem eternaz.

Aña. Sana domine animam meam: quia peccaui tibi. Antiphona. Sitiuit. Psalmus.

Q Uemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

S itiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

F uerunt

Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac no/cte: dū dicit mihi quotidie, vbi est Deus tuus?
Hęc recordatus sum, ⁊ effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernacu/li admirabilis, vsque ad Domum Dei.
In voce exultationis, ⁊ confessionis: sonus e/pulantis.
Quare tristis es anima mea: ⁊ quare contur/bas me.
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor il/li: salutare vultus mei, ⁊ Deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est: pro/pterea memor ero tui de terra Jordanis, ⁊ her/monij a monte modico.
Abyssus abyssum inuocat: in voce cataracta/rum tuarum.
Omnia excelsa tua, ⁊ fluctus tui: super me tran/sierunt.
In die mandauit dominus misericordiā suā: ⁊ nocte canticum eius.
Apud me oratio Deo vitę meę: dicam Deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei, ⁊ quare contristatus in/cedo: dum affligit me inimicus?
Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerūt mihi, qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus: quare tristis es anima mea: ⁊

quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, et Deus meus.

Requiem eternam. Aña. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem domini?

℣. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi.

℟. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Lectio septima.

Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur, et solum mihi superest sepulchrum. Non peccaui, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me dñe: et pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt: cogitationes meę dissipatę sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem: et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est: et in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es: Mater mea, et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea, et patientia mea? Tu es domine Deus meus.

℟. Peccantem me quotidie, et non me penitētem: timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio: miserere mei Deus, et salua me. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua libera me: Quia in inferno nulla est redemptio.

Lectio octaua.

Pelli

PElli mee cōsumptis carnibus adhesit os meū: ꝛ derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei: saltem vos amici mei: quia manus dñi tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, ꝛ carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat: vt scribantur sermones mei? Quis mihi det: vt exarentur in libro stylo ferreo: ꝛ plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod redemptor meus viuit: ꝛ in nouissimo die de terra surrecturus sum: ꝛ rursum circundabor pelle mea: ꝛ in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Quem visurus sū ego ipse, ꝛ non alius: ꝛ oculi mei conspecturi sunt. Reposita est hec spes mea in sinu meo.

℟. Domine secundum actum meum noli me condemnare: nihil dignū in conspectu tuo egi: ideo deprecor maiestatem tuam. Ut tu Deus deleas iniquitatem meam. ℣. Amplius laua me domine ab iniustitia mea, ꝛ a delicto meo munda me. Ut tu Deus deleas.

Lectio nona.

QUare de vulua eduxisti me? qui vtinā cōsumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierū meorū finietur breui? Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, ꝛ non reuertar, ad terram tenebrosam, ꝛ opertā

mortis

mortis caligine. Terram miserię, & tenebrarũ: vbi vmbra mortis, & nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. ℟. Libera me dñe de vijs inferni. Qui portas ęreas confregisti, & visitasti infernũ, & dedisti eis lumen, vt viderent te. Qui erant in pęnis tenebrarũ. ℣. Clamantes, & dicentes: aduenisti redemptor noster. Qui erant. ℣. Requiẽ ęter. Qui erant. In crastino omniũ Sanctorũ, & quicunqȝ dñr tres nocturni dr̃ ℟. Libera me dñe de morte. vt supra. fol. 64.

AD LAVDES.

Antiphona. Exultabunt domino. Psalmus.



Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ: dele iniquitatẽ meaȝ.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: peccatum méum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malũ corã te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & occulta sapientię tuę manifestasti mihi.

Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Auditui

Auditui meo dabis gaudium, ⁊ letitiam: ⁊ exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: ⁊ spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua, ⁊ spiritum sanctū tuum ne auferas me.
Redde mihi letitiam salutaris tui: ⁊ spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iustitiam tuam.
Domine labia mea aperies: ⁊ os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus cōtribulatus: cor contritum, ⁊ humiliatum Deus non despicies.
Benigne fac dñe in bona volūtate tua Sion: vt edificentur muri Jerusalem.
Tūc acceptabis sacrificiū iustitie, oblationes, ⁊ holocausta: tūc imponēt sup altare tuū vitulos.
Requiem eternam. Ana. Exultabunt domino ossa humiliata. Ana. Exaudi dñe. Psalm.

Te decet hymnus Deus in Sion: ⁊ tibi reddetur votum in Jerusalem. Exaud orationem mi

orationem meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum preualuerunt super nos, ꝛ impietatibus nostris tu propitiaberis. Beatus quem elegisti, ꝛ assumpsisti: habitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tuę: sanctum est templum tuum, mirabile in ęquitate. Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terrę, ꝛ in mari longe. Pręparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. Turbabuntur gentes ꝛ timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini, ꝛ vesperę delectabis. Visitasti terram, ꝛ inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibum illorum, quoniam ita est pręparatio eius. Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lętabitur germinans. Benedices coronę anni benignitatis tuę: ꝛ campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti: ꝛ exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium: ꝛ valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent. Requiem. Aña Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Antiphona. Me suscepit. Psalmus.

DEus Deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aia mea: quaꝫ multipliciter tibi

tibi caro mea? In terra deserta, inuia, ⁊ ina-
quosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem
virtutem tuam, ⁊ gloriã tuam. Quoniam me-
lior est misericordia tua super vitas: labia mea
laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea: ⁊
in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adi
pe, ⁊ pinguedine repleatur anima mea: ⁊ labijs
exultationis laudabit os meum. Si memor
fui tui super stratum meum in matutinis medi-
tabor in te: quia fuisti adiutor meus. Et in vela-
mento alarum tuarum exultabo: adhesit anima
mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi ve-
ro in vanum quesierunt animam meam: introi-
bunt in inferiora terre: tradentur in manus gla
dij, partes vulpium erunt. Rex vero letabitur
in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo:
quia obstructum est os loquentium iniqua.
Deus misereatur nostri, ⁊ benedicat nobis: il-
luminet vultum suum super nos, ⁊ misereatur
nostri. Vt cognoscamus in terra viam tuam:
in omnibus gentibus salutare tuum. Confi-
teantur tibi populi Deus: confiteantur tibi
populi omnes. Letentur ⁊ exultent gentes,
quoniam iudicas populos in equitate: ⁊ gen-
tes in terra dirigis. Confiteantur tibi popu-
li Deus, confiteantur tibi populi omnes: ter-
ra dedit fructum suũ. Benedicat nos Deus,
Deus noster, benedicat nos Deus: ⁊ metuant

eum omnes fines terre. Requiem eternam.
Antiphona. Me suscepit dextera tua domine.
Antiphona. A porta inferi. Psalmus.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi. Quesiui residuum annorum meorum: dixi, non videbo dominum deum in terra viuentium. Non aspiciam hominem vltra, et habitatorem quietis. Generatio mea ablata est, et conuoluta est a me: quasi tabernacula pastorum. Precisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me: de mane vsque ad vesperam finies me. Sperabam vsque ad mane: quasi leo, sic contriuit omnia ossa mea. De mane vsque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt columba. Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum. Domine vim patior, responde pro me: quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit? Recogitabo tibi oẽs annos meos: in amaritudine aïe mee. Domine si sic viuitur, et in talibus vita spiritus mei: corripies me, et viuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam, vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Viuens

Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam. Domine saluum me fac: & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitę nostrę in domo Domini. Requiem ęternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis.
Aña. A porta inferi: erue domine animas eorum. Antipho. Omnis spiritus. Psalmus.
Laudate dominum de cęlis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum omnes stellę, & lumen. Laudate eum celi cęlorum: & aquę omnes, quę super cęlos sunt, laudent nomen domini. Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea ęternum, & in seculum seculi: pręceptum posuit, & non pręteribit. Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quę faciunt verbum eius. Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri. Bestię, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatę.
Reges terrę, & omnes populi: principes, & omnes iudices terrę.
Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio

C onfessio eius super celum, et terram, et exultauit cornu populi sui. H ymnus omnibus sanctis eius: filijs Israel populo appropinquanti sibi. C antate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. L etetur Israel in eo, qui fecit eum: et filie Sion exultent in rege suo. L audent nomen eius in choro: in tympano, et psalterio psallant ei. Q uia beneplacitum est dño in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem. E xultabũt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis. E xultationes Dei in gutture eorum: et gladij ancipites in manibus eorum. A d faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. A d alligandos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manicis ferreis. U t faciant in eis iudiciũ conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius. L audate dominũ in sanctis eius: laudate eum firmamento virtutis eius. L audate eum in virtutibus eius: laudate eum secundũ multitudinem magnitudinis eius. L audate eum in sono tube: laudate eum psalterio, et cithara. L audate eum in tympano, et choro: laudate eum in cordis, et organo. L audate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum. R equiem eternam. Antipho. Omnis spiritus laudet dominum. V. Audiui vocem de celo dicentem

centem mihi. ℟. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Aña. Ego sum. Psalmus.
B Enedictus dñs Deus Israel: quia visitauit, ⁊ fecit redemptionem plebis suę.
E t erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui. S icut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius. S alutem ex inimicis nostris: ⁊ de manu omnium qui oderunt nos. A d faciendã misericordiam cum patribus nostris: ⁊ memorari testamenti sui sancti. I usiurandũ quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis. V t sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi. I n sanctitate, ⁊ iustitia coram ipso: oĩbus diebus nostris. E t tu puer, propheta altissimi vocaberis: pręibis enim ante faciem Dñi parare vias eius. A d dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionẽ peccatoruꝫ eorum. P er viscera misericordię Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.
I lluminare his, qui in tenebris, ⁊ vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viã pacis. R equiem ętername. Aña. Ego suꝫ resurrectio, ⁊ vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet: ⁊ omnis qui viuit, ⁊ credit in me: non morietur in ęternum. ℣. P ater noster. ℣. E t ne nos inducas in tẽtationẽ. ℟. Sed libera nos a malo. ps. D e profundis clama-

ui 102. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meã, ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: pręsta quęsumus: vt eorũ quoque perpetuo aggregentur consortio.

DEus, venie largitor, & humanę salutis amator: quęsumus clementiam tuam: vt nostrę congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc seculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis consortium peruenire concedas.

FIdelium Deus omnium conditor, & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis, & regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti Deus. &c.

℣. Requiem ęternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. Oratio.

ABsolue quęsumus domine, animas famulorum, famularumque tuarum: vt defuncti secu/

cti seculo tibi viuant: ⁊ quę per fragilitatem mundanę conuersationis peccata commiserũt, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum.

¶ Sequuntur alię tres lectiones breues: dicende in funeralibus, loco Parce mihi domine. Tędet animam meam, ⁊ Manus tuę domine fecerunt me. Lectio prima.



NE des alienis honorem tuum: ⁊ annos tuos crudeli: ne forte impleantur extranei viribus tuis: ⁊ labores tui sint ĩ domo aliena: ⁊ gemas in nouissimis, quando consumpseris carnem, ⁊ corpus tuum. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Lectio secunda.

MElius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa: dies mortis die natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, ⁊ viuens cogitat quid futurum sit. Beati mortui qui in domino moriuntur. Lectio tertia.

MEmento creatoris tui in diebus iuuentutis tuę: antequam veniat tempus afflictionis tuę: ⁊ reuertatur puluis in terram suã, vnde erat: ⁊ spiritus redeat ad dominum, qui dedit illum. Beati mortui qui in domino moriuntur.



SEPTEM PSALMI POENITENTIALES.

Antiphona. Ne reminiscaris. Psalmus.



Omine ne in furore tuo arguas me:neqz in ira tua corripias me.
Miserere me domine quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniã conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?
Conuertere domine, ⁊ eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo,lauabo per singulas noctes lectum meum:lachrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, ⁊ conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, ⁊ erubescant valde velociter.

Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Psalꝰ.

BEati quorum remisse sunt iniquitates: ꝛ quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: duꝫ clamarem tota die.

Qm̄ die, nocte grauata est sup me manus tua: cōuersus sum in erumna mea duꝫ cōfigit spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: ꝛ iniustitiam meam non abscondi.

Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiam meā dn̄o: ꝛ tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea, erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, ꝛ instruaꝫ te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus, ꝛ mulus: quibus non est intellectus.

In chamo, ꝛ freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit.

Leta-

Letamini in domino, ⁊ exultate iusti : ⁊ gloria-
mini omnes recti corde. Gloria patri. Psalm.
Domine ne in furore tuo arguas me: neque
in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: ⁊ confir
masti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea, a facie ire tue:
nō est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorū.
Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput
meū: ⁊ sicut onus graue grauate sunt super me.
Putruerunt, ⁊ corrupte sunt cicatrices mee : a
facie insipientie mee.
Miser factus sum ⁊ curuatus sum vsque in fi-
nem: tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus:
⁊ nō est sanitas in carne mea.
Afflictus sum, ⁊ humiliatus sum nimis : rugie-
bam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum: ⁊ ge-
mitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est in me: dereliquit
me virtus mea, ⁊ lumen oculorum meorum, ⁊
ipsum non est mecum.
Amici mei, ⁊ proximi mei : aduersum me ap-
propinquauerunt, ⁊ steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt: ⁊ vim
faciebant qui querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt va-
 nitates:

nitates: ⁊ dolos tota die meditabantur.
E go autem tanquam surdus non audiebam: ⁊ sicut mutus non aperiens os suum.
E t factus sum sicut homo non audiens: ⁊ non habens in ore suo redargutiones.
Q uoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine Deus meus.
Q uia dixi, nequando supergaudeant mihi inimici mei: ⁊ dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.
Q uoniam ego in flagella paratus sum: ⁊ dolor meus in conspectu meo semper.
Q uoniam iniquitatem meam annunciabo: ⁊ cogitabo pro peccato meo.
I nimici autē mei viuunt, ⁊ confirmati sunt sup me: ⁊ multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Q ui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.
N e derelinquas me domine Deus meus: ne discesseris a me.
I ntende in adiutorium meum: domine Deus salutis meę. G loria patri, ⁊ filio. Psalmus.
M Iserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.
E t secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
A mplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo munda me.

Q uoniam

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: ⁊ peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui, ⁊ maluȝ corã te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, ⁊ vincas cũ iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: ⁊ in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, ⁊ occulta sapientię tuę manifestasti mihi.
Asperges me domine hyssopo, ⁊ mundabor: lauabis me, ⁊ super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiuȝ, ⁊ lętitiam: ⁊ exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: ⁊ omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: ⁊ spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua: ⁊ spirituȝ sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi lętitiam salutaris tui: ⁊ spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meę: ⁊ exultabit lingua mea iustitiam tuam.
Domine labia mea aperies: ⁊ os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, et humiliatum Deus non despicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion: ut edificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitie, oblationes, et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Gloria patri, etc. Psalmus.
Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum ut fenum, et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui: et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me, aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanquam panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me.

Dies

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: ⁊ ego sicut fenum arui.

Tu autem dñe in ęternũ permanes: ⁊ memoriale tuum in generatione, ⁊ generationem.

Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.

Quoniã placuerunt seruis tuis lapides eius: ⁊ terrę eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum domine: ⁊ omnes reges terrę gloriam tuam.

Quia ędificauit dominus Sion: ⁊ videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium: ⁊ non spreuit preces eorum.

Scribantur hęc in generatione altera: ⁊ populus, qui creabitur, laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: dominũs de cęlo in terram aspexit.

Et audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.

Et annuncient in Sion nomen domini: ⁊ laudem eius in Jerusalem.

In conueniendo populos in vnum: ⁊ reges vt seruiant Domino.

Respondit ei in via virtutis suę: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione ⁊ generationem anni tui.

Initio

Initio tu Domine terram fundasti: ⁊ opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt, tu autem permanes: ⁊ omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos, ⁊ mutabuntur: tu autem idem ipse es, ⁊ anni tui non deficient.
Filij seruorum tuorum habitabunt: ⁊ semen eorum in seculum dirigetur. Gloria patri. Psalmus.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: ⁊ propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.
Quia apud dominum misericordia: ⁊ copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria patri, ⁊ filio. Psalmus.
Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia

non

non iustificabitur in conspectu tuo ois viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: et in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine, ad te cōfugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in ęquitate tua.
Educes de tribulatione animā meā: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes omnes, qui tribulant animā meam:
quoniam

quoniam ego seruus tuus sum.
Gloria patri, ꝛ filio. Aña. Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentum nostrorũ: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LITANIAE.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie el. Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de celis Deus, miserere nobis.
Fili redẽptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta trinitas vnus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora pro nobis.
Saucta virgo virginum ora pro nobis.
Sanctẽ Michael ora pro nobis.
Sancte Gabriel ora pro nobis.
Sancte Raphael ora pro nobis
Omnes sancti angeli, ꝛ archangeli orate
Omnes sancti beatoꝝ spirituũ ordines orate.
Sancte Johannes Baptista ora pro nob.
Omnes sancti patriarchę, ꝛ prophetę orate
Sancte Petre ora pro nobis,
Sancte Paule ora pro nobis.
Sancte Andrea ora pro nobis.
Sancte Jacobe ora pro nobis.
Sancte Johannes ora pro nobis.
Sancte Thoma ora pro nobis.
Sancte Jacobe ora pro nobis.

Sancte Philippe ora pro nobis.
Sancte Bartholomee ora pro nobis.
Sancte Matthee ora pro nobis.
Sancte Simon ora pro nobis.
Sancte Thadee ora pro nobis.
Sancte Matthia ora pro nobis.
Sancte Barnaba ora pro nobis.
Sancte Luca ora pro nobis.
Sancte Marce ora pro nobis.
Omnes sancti apostoli, & euangelistę, orate.
Omnes sancti discipuli domini, orate.
Omnes sancti Innocentes, orate pro nobis.
Sancte Stephane ora pro nobis
Sancte Laurenti ora pro nobis.
Sancte Vincenti ora pro nobis.
Sancti Fabiane, & Sebastiane orate pro no.
Sancte Johannes, & Paule, orate pro no.
Sancti Cosma & Damiane, orate pro no.
Sancti Geruasi, & Prothasi, orate pro no.
Omnes sancti martyres orate pro nobis.
Sancte Siluester ora pro nobis.
Sancte Gregori ora pro nobis.
Sancte Ambrosi ora. Sācte Augustine ora.
Sancte Hieronyme ora pro nobis.
Sancte Martine ora pro nobis.
Sancte Nicolae ora pro nobis.
Oēs sācti pōtifices, & cōfessores, orate pro no.
Omnes sancti doctores. orate pro nobis.

Sancte

Sancte Benedicte ora pro nobis.
Sancte Antoni ora pro nobis.
Sancte Bernarde ora pro nobis.
Sancte Dominice ora pro nobis.
Sancte Francisce ora pro nobis.
Oẽs sancti monachi, ⁊ eremitę, orate ꝑ nobis.
Omnes sancti sacerdotes, ⁊ leuitę. orate ꝑ no.
Sancta Maria Magdalena. ora pro nobis.
Sancta Agatha ora pro nobis.
Sancta Lucia. Sancta Agnes. ora.
Sancta Cęcilia. Sancta Anastasia. ora.
Sancta Catherina ora pro nobis.
Oẽs sanctę virgines, ⁊ viduę, orate pro nobis.
Omnes sancti, ⁊ sãctę Dei, intercedite pro no.
Propitius esto parce nobis domine.
Propitius esto exaudi nos domine.
Ab omni malo libera nos domine.
Ab omni peccato libera nos domine.
Ab ira tua libera nos domine.
A subitanea, ⁊ improuisa morte libera.
Ab insidijs diaboli libera.
A spiritu fornicationis libera.
Ab ira, ⁊ odio, ⁊ oĩ mala voluntate, libera.
A fulgure, ⁊ tempestate libera.
A morte perpetua libera.
Per mysteriũ sanctę incarnationis tuę, libera.
Per aduentum tuum libera.
Per natiuitatem tuam libera.

Per baptismum, & sanctum ieiunium tuum, libera nos domine.
Per crucem, & passionem tuam libera.
Per mortem, & sepulturam tuam libera.
Per sanctam resurrectionem tuam libera.
Per admirabilem ascensionem tuam libera.
Per Aduentum Spiritus sancti paracliti, libera nos domine.
In die iudicij libera.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas te rogamus audi nos.
Ut nobis indulgeas te rogamus.
Ut ad veram penitentiam nos perducere digneris te rogamus audi nos.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere, & conseruare digneris te rogamus audi nos.
Ut domnum apostolicum, & omnes ecclesiasticos ordines, in sancta religione conseruare digneris te rogamus audi nos.
Ut inimicos sancte Ecclesie humiliare digneris te rogamus audi nos.
Ut regibus, & principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.
Ut cuncto populo Christiano pacem, & vnitatem largiri digneris te rogamus.
Ut nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare, & conseruare digneris. te roga.



Ut mentes nostras ad cęlestia desideria eri-
gas te rogamus audi nos.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempi-
terna bona retribuas te rogamus.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, ⁊
benefactorum nostrorum ab ęterna damna-
tione eripias, te rogamus.
Ut fructus terrę dare, ⁊ ꝯseruare dig. te rog.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiē ęter-
nam donare digneris, te rogamus.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus.
Fili Dei, te rogamus audi nos.
Agnus Dei, q tollis pctā mundi, parce nobis.
Agnus Dei, q tollis pctā mundi, exaudi nos.
Agnus Dei, q tollis pctā mundi: miserere no.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Kyrie el. Chrīe el. Kyrie eleis. Pater noster.
℣. Et ne nos indu. ℟. Sed libera. Psal.
DEus in adiutoriū meum intende: dn̄e ad
adiuuandum me festina. Confundantur
⁊ reuereantur: qui querunt animā meā. Auer-
tantur retrorsum, ⁊ erubescant: qui volunt mihi
mala. Auertantur statim erubescentes: qui di-
cunt mihi, euge, euge. Exultent, ⁊ lętentur in te
omnes qui quęrunt te: ⁊ dicant semper, magni-
ficetur dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego vero egenus, ⁊ pauper sum: Deus adiu-
ua me. Adiutor meus, ⁊ liberator meus es tu:
domi-

domine ne moreris. Gloria patri, ꝛ filio ꝛc.
℣. Saluos fac seruos tuos, ꝛ ancillas tuas.
℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Esto no-
bis dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.
℣. Nihil ꝓficiat inimicus in nobis. ℟. Et fi-
filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Dñe nõ ꝓm pctã nostra facias nobis. ℟.
Neqꝫ ꝓm iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Oremus pro pontifice nr̃o. ℟. Dñs con-
seruet eũ, ꝛ viuificet eum, ꝛ beatum faciat eum
in terra, ꝛ non tradat eum in animam inimico-
rum eius. ℣. Oremus pro benefactoribus no-
stris. ℟. Retribuere dignare dñe Deus omni-
bus nobis bona facientibus, propter nomen
sanctum tuum, vitaꝫ eternã. ℣. Oremus pro fi-
delibus defunctis. ℟. Requiem eternã dona
eis dñe, ꝛ lux perpetua luceat eis. ℣. Requie-
scant in pace. ℟. Amẽ. ℣. Pro fratribus nr̃is
absentibus. ℟. Saluos fac seruos tuos, ꝛ an-
cillas tuas: Deus meuꝫ sperãtes in te. ℣. Mit-
te eis dñe auxiliũ de sctõ. ℟. Et de Sion tue-
re eos. ℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Pro peccatis.

DEus, cui propriũ est misereri semꝑ, ꝛ par-
cere: suscipe deprecationẽ nostraꝫ: vt nos,
ꝛ oẽs famulos tuos, quos delictorũ catena ꝯstrin
git, miseratio tuę pietatis clementer absoluat.

 Exaudi

EXaudi, q̃s dñe, supplicum preces, ⁊ confitentium tibi parce peccatis, vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus ⁊ pacem.

INeffabilem nobis domine misericordiam tuam clementer ostende, vt simul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ a pęnis quas pro bis meremur eripias.

DEus, q culpa offenderis, pęnitētia placaris: preces populi tui supplicātis, ꝓpitius respice, ⁊ flagella tuę iracũdię, quę pro peccatis nostris meremur, auerte. Pro Papa.

OMnipotēs sempiterne deus, miserere famulo tuo Papę nr̃o N. ⁊ dirige eum ſm tuā clementiā, in viā salutis ęternę, vt te donante tibi placita cupiat, ⁊ tota virtute perficiat.

Pro Pace.

DEus, a quo sancta desideria, recta cõsilia, ⁊ iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quam mũdus dare nõ potest, pacem: vt ⁊ corda nostra mandatis tuis dedita, ⁊ hostiũ sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Pro castitate.

VRe igni sancti spiritus renes nostros, ⁊ cor nostrum, domine: vt vbi casto corpore seruiamus, ⁊ mundo corde placeamus.

Pro Defunctis.

FIdelium Deus oĩum conditor, ⁊ redemptor, animabus famulorum famularũq; tuarum,

rum, remissionem cunctorum tribue peccato-
rum, vt indulgentiam, quam semper optaue-
runt, pijs supplicationibus consequantur.

Pro actionibus.

Actiones nostras, quesumus dñe, aspiran-
do preueni, & adiuuando prosequere: vt
cuncta nostra oratio, & operatio a te semper in-
cipiat, & per te cepta finiatur.

Pro viuis, & defunctis.

Omnipotẽs sempiterne Deus, qui viuorũ
dñaris simul & mortuorũ, oĩumque misere-
ris, quos tuos fide & opere futuros esse preno-
scis: te supplices exoramus, vt pro quibus effũ-
dere preces decreuimus, quosque vel presens
seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iaz
exutos corpore suscepit: intercedentibus omni-
bus sanctis tuis: pietatis tue clementia omniũ
delictorum suorũ veniam consequantur. Per
dñm nostrũ Jesum Christũ filiũ tuum. Qui te-
cum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti
Deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & misericors
dominus. ℟. Amen.

Collecta pro viro Defuncto. Oremus.

INclina dñe aures tuas ad preces nostras, qbus misericordiã tuã supplices deprecamur: vt animã famuli tui, quam de hoc seculo migrare iussisti: in pacis, ac lucis regione constituas, & sanctoꝝ tuoꝝ iubeas esse consortem. Per Christum dominuz nostrum. ℟. Amen.

Oratio pro muliere defuncta.

QUesumus dñe pro tua pietate miserere animę famulę tuę: & a cõtagijs mortalitatis exutam, in ęternę saluationis partem restitue. Per Christum dñm nostrum ℟. Amen.

Oratio pro pluribus Defunctis indifferenter.

PRopitiare dñe animabus fideliũ tuoꝝ misericordia sempiterna, vt mortalitatis nexibus expeditę, lucem ęternaz possideant. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

INCIPIT BENEDICTIO AQVAE quæ fit in Vigilia Epiphaniæ.



POst Completoriuz, presbyter, & ministri, vestibus sacris induti: procedunt ad locum: vbi alueolus cum aqua benedicenda est preparatus: & ibi cantant subscriptas antiphonas, cum suis psalmis sequẽtibus. Antiph.

Vox



V Ox domini super aquas: alleluia,



Deus maiestatis intonuit, alleluia.



Psalmus. Afferte domino filij Dei.

Afferte domino filij Dei: afferte domino filios arietum. Afferte domino gloriam ꝛ honorem: afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius. Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas. Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia. Vox domini confringentis cedros: ꝛ confringet Dominus cedros libani. Et comminuet eas, tanquam vitulum libani: ꝛ dilectus quemadmodum filius vnicornium. Vox Domini intercidentis flammam ignis: vox domini concutientis desertum, ꝛ commouebit dominus desertum Cades. Vox domini preparantis ceruos, ꝛ reuelabit condensa: ꝛ in templo eius omnes dicent gloriam. Dominus

diluuium inhabitare facit, et sedebit dñs rex in eternum. Dominus virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper. etc.

Iterum resumitur Antiphona. Uox domini.

Añ. In ecclesijs benedicite dominum, alleluia, de fontibus Israel, alleluia. ps. Exurgat Deus, et dissipentur.

Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius: Sicut deficit fumus deficiãt, sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie Dei. Et iusti epulentur, et exultent in cõspectu dei: et delectẽtur in letitia. Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum, dñs nomen illi. Exultate in conspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum, et iudicis viduarum. Deus in loco

sancto suo : Deus qui inhabitare facit vnius
moris in domo. Q ui educit vinctos in forti/
tudine:similiter eos qui exasperant , qui habi/
tant in sepulchris. D eus cum egredereris in
conspectu populi tui:cum pertransires in de/
serto. T erra mota est, etenim celi distillaue/
runt a facie Dei Sinai:a facie Dei Israel.
P luuiam voluntariaz segregabis Deus he/
reditati tue, et infirmata est: tu vero perfecisti
eam. A nimalia tua habitabunt in ea : parasti
in dulcedine tua pauperi Deus. D ominus
dabit verbum euangelizantibus : virtute mul/
ta. R ex virtutum dilecti dilecti : et speciei do/
mus diuidere spolia. S i dormiatis inter me/
dios cleros penne columbe deargentate: et po/
steriora dorsi eius in pallore auri. D uz discer
nit celestis reges super eam : niue dealbabun/
tur in Selmon, mons Dei mons pinguis.
M ons coagulatus, mons pinguis : vt quid
suspicamini montes coagulatos? M ōs in quo
beneplacitum est Deo habitare in eo : etenim
dominus habitabit in finem. C urrus Dei de/
cem millibus multiplex millia letantium : dñs
in eis in Sinai in sancto. A scendisti in altuz,
cepisti captiuitatem:accepisti dona in hoībus.
E tenim nō credentes : inhabitare dominum
Deus. B enedictus dominus die quotidie: p/
sperum iter faciet nobis Deus salutarium no/
strorum

stror. Deus noster Deus saluos faciendi: & Dñi dñi exitus mortis. Ueruntamen Deus confringet capita inimicor suor: verticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dñs, ex Basan conuertã: conuertam in profundũ maris. Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Uiderunt ingressus tuos Deus: ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto. Preuenerunt principes cõiuncti psallẽtibus: in medio iuuencularum tympanistriarũ. In ecclesijs benedicite Deo domino: de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentulus: in mentis excessu. Principes Juda duces eorum: principes Zabulõ, & principes Nephtalim. Manda Deus virtuti tuę: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. A templo tuo in Jerusalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quę bella volunt: venient legati ex Aegypto, Aethiopia pręueniet manus eius Deo. Regna terrę cantate Deo: psallite Domino. Psallite Deo qui ascendit super cęlum cęli: ad orientem. Ecce dabit voci suę vocem virtutis: date gloriam Deo super Israel, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. Mirabilis Deus in sanctis suis, De-

dis Iſrael: ipſe dabit virtutem, ⁊ fortitudinem
plebi ſuę: benedictus Deus. Gloria patri, ⁊
filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio,
⁊ nunc ⁊ ſemper: ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen.

Iterum reſumitur Aña. In eccleſijs. Antiph.



Pſalmus. Qui habitat in adiutorio.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in prote
ctione Dei cęli commorabitur. Dicet
Domino ſuſceptor meus es tu: ⁊ refugium meũ
Deus meus ſperabo in eum. Quoniam ipſe
liberauit me de laqueo venantiũ: ⁊ a verbo a-
ſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: ⁊ ſub
pennis eius ſperabis. Scuto circundabit te
veritas eius: non timebis a timore nocturno.
A ſagitta volante in die, a negocio perambu-
lante in tenebris: ab incurſu, ⁊ demonio meri-
diano.

diano. C adent a latere tuo mille, ꝛ decem mil
lia a dextris tuis: ad te autem non appropin/
quabit. V eruntamen oculis tuis considera/
bis : ꝛ retributionem peccatorum videbis.
Q uoniam tu es domine spes mea : altissimuz
posuisti refugium tuuz. N on accedet ad te ma/
lum: ꝛ flagellum non appropinquabit taberna/
culo tuo. Q uoniam angelis suis mandauit de
te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. I n
manibus portabunt te: ne forte offendas ad la/
pidem pedem tuum. S uper aspidem, ꝛ basili/
scum ambulabis: ꝛ conculcabis leonem, ꝛ dra/
conem. Q uoniam in me sperauit, liberabo
eum: protegam eum quoniam cognouit nomē
meum. C lamauit ad me, ꝛ ego exaudiam euz:
cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, ꝛ
glorificabo eum. L ongitudine dierum reple/
bo eum: ꝛ ostendam illi salutare meum. G lo/
ria patri, ꝛ filio. S icut erat in principio.
Iterum resumitur Antiph. Ipse liberauit me.
Quibus finitis, sacerdos in mediū chori pro/
cedens, sic canendo dicit. E xaudi nos do/
mine. Deinde sequitur Chorus. quoniam be
nigna est misericordia tua : ꝛ secundum multi/
tudinem miserationum tuarum respice nos do
mine, Sacerdos. Saluuz me fac Deus quo/
niam intrauerunt aquę. Chorus. Usque ad
animam meam. Sacerdos. Gloria patri, ꝛ
filio,

filio, ꝛ spiritui sancto. Chorus. Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ semper; ꝛ in secula seculorum. Amen. Iterum sacerdos incipit. Exaudi nos domine. Chorus. quoniam benigna est misericordia tua, ꝛ secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos domine.

Deinde dicuntur Litanie cantando.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de celis Deus, miserere nobis.
Fili redēptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta trinitas vnus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora pro nobis.
Sancta virgo virginum ora pro nobis.
Sancte Michael ora pro nobis.
Sancte Gabriel ora pro nobis.
Sancte Raphael ora pro nobis
Omnes sancti angeli, ꝛ archangeli orate.
Omnes sancti beatoꝝ spirituū ordines orate.
Sancte Johannes Baptista ora pro nob.
Sancte Joseph ora pro nobis.
Omnes sancti patriarche, ꝛ prophete orate
Sancte Petre ora pro nobis,
Sancte Paule ora pro nobis.
Sancte Johannes ora pro nobis.
Sancte Marce ora pro nobis,

Omnes

Omnes sancti apostoli, ꝛ euangelistę, orate.
Sancte Stephane ora pro nobis
Sancte Laurenti ora pro nobis.
Sancte Uincenti ora pro nobis.
Sancte Theodore ora pro nobis.
Omnes sancti martyres orate pro nobis.
Sancte Siluester ora pro nobis.
Sancte Gregori ora pro nobis.
Sancte Martine ora pro nobis.
Sancte Augustine ora pro nobis.
Oēs sācti pōtifices, ꝛ cōfessores, orate pro no.
Sancte Benedicte ora pro nobis.
Sancte Dominice ora pro noais.
Sancte Francisce ora pro nobis.
Sancte Antoni ora pro nobis.
Oēs scī monachi, ꝛ eremitę, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdalena. ora.
Sancta Agnes ora pro nobis.
Sancta Agatha ora pro nobis.
Sancta Ursula cum toto tuo comitatu ora.
Omnes sancti, ꝛ sanctę Dei, intercedite.
Propitius esto, parce nobis dn̄e.
Propitius esto, exaudi nos dn̄e.
Ab omni malo, libera.
Ab omni peccato libera.
A morte perpetua libera.
Per mysterium sanctę incarnationis tuę, libe.
Per ad aduentum tuum libera.

Per

Per natiuitatem tuam libera.
Per baptismum, et sanctũ ieiuniũ tuum, libera.
Per crucem, et passionem tuam libera.
Per mortem, et sepulturam tuam libera.
Per sanctam resurrectionem tuam libera.
Per admirabilẽ ascensionem tuam libera.
Per aduentũ spiritus sancti paracliti: libera.
In die iudicij libera.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas te rogamus audi nos.
Ut nobis indulgeas te rogamus.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere, et conseruare digneris, te rogamus audi nos.
Ut domnum apostolicum, et omnes ecclesiasticos ordines, in sancta religione conseruare digneris. te rogamus audi nos.
Hic sacerdos, qui facit officiũ, exurgens in medio dicat hos tres ℣. gradatim erigendo vocẽ.
Ut hãc aquã bñdi ✠ cere digneris: te roga.
BEnedic dñe Jesu Christe hãc creaturam cerei, vel candelaruz supplicationibus nostris: ⁊ infunde eis per virtutẽ sanctę crucis, bene ✠ dictionez cęlestez: vt qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talẽ per signaculuz sanctę cru ✠ cis tuę, fortitudinem, ⁊ benedictionẽ accipiant: vt quibuscunque locis accensę siue positę fuerint, discedat, ⁊ contremiscat diabolus, ⁊ fugiat pauidus cum oĩbus ministris suis de habitationibus illis: nec pręsumat amplius inquietare, vel illudere seruientibus Deo: ꝓinde supplices q̃s te dñe: vt emittas angelũ tuum Raphaelẽ, qui effugauit, ⁊ repulit a Sarra, ⁊ Tobia dęmonem mortiferuz,

eos

eos infestantem: vt conterat illum, & perdat de cunctis habitationibus colentiũ Deum: de basilicis, de domibus, de angulis, de lectulis, de refectorijs, de vniuersis locis in quibuscunque Deo famulantes habitant, & requiescunt, & dormiunt, vigilant, ambulãt, & cõsistunt: nec valeat ille malignus amplius inquietare: vel pauores immitere sup illos, quos sancti chrismatis tui vnctione fecisti esse munitos. Bñdico te cera, in noie Dei pa ✠ tris oipotẽtis, & fi ✠ lij eius vnigeniti, & spũs ✠ sãcti paracliti: vt sis vbique diaboli effugatio: atqz oium contubernalium suorum exterminatio: adiuuante eadem sancta & indiuidua Trinitate: que in vnitatis essentia viuit, & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Benedictio fructuum. Oratio.

BEne ✠ dic dñe hos fru ✠ ctus nouos, quos tu per rorem celi, & innundantiã pluuiarũ, & tẽpora serena, atqz tranquilla ad maturitatem perducere dignatus es: ad percipiendum nobis cũz gratiarum actione, In nomine Dñi nostri Jesu Christi. Qui tecum viuit.

Bñõ sup sportas, & baculos peregrinoꝝ. Orõ.

SIgnaculum Dei pa ✠ tris oipotentis veniat sup hos baculos, & super has sportas: quibus hoies accõmodant: & spũs scũs regnet in eis, q eas portat, In noie pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spũ ✠ scti. Amẽ. Sacerdos dicat. Signaculum

lum Jesu ✠ Christi Nazareni: Dei pa ✠ tris, ⁊ spūs ✠ sancti maneat in eis in secula scl'oruz, Qn dat eis sportā dicat. In noie dñi nñi Jesu Christi, accipe hanc sportaz habitum peregrinationis tuę: vt bene castigatus, ⁊ bene saluus, atqz emundatus, peruenire merearis ad limina sanctorū apostolorū Petri, ⁊ Pauli: vel beati Jacobi: ⁊ aliorꝝ sanctorū quo pgere cupis: ⁊ peracto itinere tuo, ad nos cuz gaudio reuertaris. Per Christum. Quādo dat ei baculum dicat.

In noie Dñi nostri Jesu Christi: accipe hunc baculū, ad sustentationē itineris, ⁊ laboris tui, in viaz peregrinationis tuę: vt vincere valeas oēs insidias inimici: ⁊ peruenire merearis ad limina sanctorum Apostolorū Petri ⁊ Pauli: vel beati Jacobi, ⁊ aliorum sanctorum, quo pergere cupis: ⁊ peracto obedientię cursu, ad nos cum gaudio reuertaris. Per dominum.

¶ Benedictio cilicij. Oratio.



Benedic dñe hoc ciliciuz, qđ famulus tuus ꝑ humilitatis, ⁊ pęnitudinis suę deuotione indui appetit: vt sicut Niniuitaꝝ pplo in cinere ⁊ cilicio penitenti pepercisti: ita ⁊ hic famulus tuus humiliationis, ⁊ ꝓfessionis suę hoc indutus vestimēto, a te creatore suo oīuz percipiat incremēta virtutū: ⁊ cunctoꝝ indulgentiaz consequatur delictorum. Per Christum dñm nostrum. Amen.

Ordo.

Ordo ad introducendam mulierem in ecclesiam post partum. In primis dicat sacerdos.



In noie patris, ✠ ꝛ fi✠lij, ꝛ spūs ✠ sancti. Amē. ℣. Asperges me do. ℣. Deus misereatur. Kyrie elei. Christe eleison. Kyrie elei. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ps. Credidi, ppter. ps. Laudate dn̄m oēs gentes. ps. Ad te leuaui. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. ℟. Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semper. Postea sequitur aña. Exaudi nos dn̄e: qm̄ benigna est misericordia tua: ꝛ secūdū multitudinem miserationū tuaruz respice nos dn̄e. ℣. Ego dixi dn̄e miserere mei. ℟. Sana animā meā, qꝛ peccaui tibi. ℣. Saluā fac ancillaz tuā dn̄e. ℟. Deus meus sperātē in te. ℣. Mitte ei dn̄e auxiliū de scō. ℟. Et de Siō tuere eaz. ℣. Dn̄e exau. ℟. Et clamor meus. Oremus.

Deus qui per Moysen famuluz tuum Israelitice plebi mandasti: vt mulier quę filiuz peperisset, ab ingressu templi sequestraretur: quęsumus, vt hanc famulā tuā. N. ab omni inquinamēto peccati mūdare digneris: quatenus mente ꝛ corpore mundata, sinum matris sanctę ecclesię valeat penetrare: ꝛ tibi pro suis delictis acceptabile munus offerre. Per dn̄m. Et postea faciat cōfessionem. Et tunc mulier teneat lampadem siue candelam in manibus suis,

suis. Et sacerdos intrans in ecclesiam dicat.

Famula Dei N. ingredere in templum Dei, ⁊ adora filium Beatę Marię virginis: qui tibi tribuit fęcunditatis prolem.

Postea dicitur euangelium s̄m Johannem.

In principio erat verbum. Oratio.

Absolue q̄s dn̄e, delicta famulę tuę N. ⁊ a peccatorum suoꝝ nexibus, quę pro sua fragilitate contraxit: tua benignitate liberetur. Per dominum nostrum. Sequitur Oratio.

Concede nos famulos tuos quęsumus dn̄e.

¶ Benedictio noue domus. Oratio.



Aeternum atq; omnipotentem Deuꝫ vnanimiter orantes petimus pro hac domo, atque omnibus habitantibus in ea: vt eis angelum pacis, angelum lucis, angelum defensionis assignare dignetur, ⁊ tutos eos, defensosque pręstet: augeat eis rorem cęli, ⁊ pinguedinem terrę, frumenti, vini, ⁊ olei, pacem, ⁊ sanitatem, lętitiam, ⁊ benignitatem, ab homine vsque ad pecus: quod ipse pręstare dignetur, Qui viuit. Oratio.

Te Deum patrem omnipotentē suppliciter exoramus pro hac domo, ⁊ pro domus huius habitatoribus, hac spe: vt eaꝫ bene✠dicere, ⁊ sancti✠ficare digneris: ⁊ vt sint promptuaria eoꝝ plena, eructantia ex hoc in illud: tribue eis dn̄e de rore cęli abundantiam, ⁊ de

pingue-

pinguedine terre, vite substantiam: et desideria voti eorum ad effectum tue miserationis perducas: ad introitum ergo nostrum bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare dignare hanc domuz: sicut benedicere dignatus es domuz Abrahe, Jsaac, et Jacob: et intra parietes domus istius angeli tue lucis inhabitent. Per Christum dominuz nostrum. ℟. Amen.

Alia Benedictio thalamorum.

BEnedic dñe thalamũ hunc, et omnes habitantes in eo: vt in tua pace consistant: et in tua voluntate permaneant, et senescant: et multiplicentur in longitudinem dierum. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea aspergat aqua benedicta.

¶ Dño nauis nuper facte. ℣. Adiutorium nostrum, etc. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cũ spũ tuo. Oro.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris: et bene ✠ dic nauẽ istam, dextera scã tua: et oẽs qui in ea vehentur: sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulantem in diluuio: et Abraham, Jsaac, et Jacob: porrige eis dñe dexterã tuam: sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: et mitte sanctuz angelũ tuum de celis, qui liberet, et custodiat eam semper a periculis vniuersis: cum omnibus, que in ea deferenda sunt: ac famulos

nulos tuos portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis: & rite perfectis negocijs omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ. Qui tecum. Et aspergat nauim aqua benedicta.

EXORCISMI CONTRA demoniacos.

Ad effugandos demones de corporibus obsessis ab illis.

¶ Primus exorcismus beato Ambrosio archiepiscopo ascribitur.

¶ Secundus exorcismus vocat Luciferina.

¶ Tertius exorcismus est sancti Cypriani.

¶ Quartus exorcismus est ille qui legit Rome in S. Petro ante columnam Dñi. Item bñdictio Ruthe ponende in ore demoniaci.

PRIMUS EXORCISMUS.

Beati Ambrosij episcopi ad effugandum demonem de oppressis a demonibus. etiam maleficiatis.

In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. ℟. Amẽ. Nos cũ prole pia benedicat virgo Maria. Ecce cru ✠ cem domini, fugite partes aduerse. Vicit leo de tribu Juda, radix Dauid. ℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et

℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus angelorum, Deus archangelorum, Deus prophetarum, Deus martyrum, Deus cōfessorum, Deus virginum, Deus ꝛ pr Dñi nr̄i Jesu Chr̄i inuoco nomē sanctū tuum, ac ꝑclarę maiestatis tuę clementiaꝫ suppliciter exposco aduersus hunc nequissimum spiritū, ꝛ oēm quę vexat hoc plasma tuū: vt mihi auxiliū ꝑstare digneris. Per Chr̄m dñm. ℟. Amen.

¶ Uide ne delecteris aut credas nugis inmundi spiritus: sed exemplo Christi ꝛ sanctorum insta vt obmutescat ꝛ exeat. Et omnes cruces fac in fronte cum pollice: nisi vbi specialiter in alia parte corporis fieri debeant, sicut inuenies signatum inferius.

Exorcizatio.

EXorcizo te immundissime spūs, oīs incursio aduersarij, oīs ira, oē phantasma, oīs legio in noīe Dñi nr̄i Jesu ✠ Christi eradicare, ꝛ effugare ab hoc plasmate Dei. ✠ Ipse tibi imperat, q te de supernis celorꝫ in interiora terrę demergi pręcepit. Audi ergo, ꝛ time sathana: victus, ꝛ prostratus abscede in noīe dñi nr̄i Jesu ✠ Christi. Tu ergo nequissime Sathana, inimice fidei, hostis generis humani, mortis obductor, vitę raptor, iustitię declinator, malorꝫ radix, fomes vitiorum, seductor hominū, proditor gentium, incitator inuidię, origo auaritię,

auaritię, causa discordię, excitator demonum, malorũ magister: Quid stas, ⁊ resistis, cuȝ scias Deũ tuasꝑdere vires: Illũ metue, q in Isaac ĩmolatus est, in Joseph venũdat⁹, i agno occis⁹, in hoĩe crucifixus: deinde ĩferni triũphator fuit.
¶ Sequẽtes cruces fiant in fronte oppressi. Recede ergo in noĩe pr̄is ✠ ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sci. Da locũ spũi sctō ꝑ hoc signũ cru ✠ cis Jesu Chr̄i dñi nr̄i, q cũ pr̄e, ⁊ eodẽ spũ sctō viuit, ⁊ regnat Deus: ꝑ oĩa scl'a scl'orũ. ℟. Amen.
¶ Si adhuc non recesserit spũs malignus: instanter, ⁊ deuote prosequere vltra. ℣. Dñe exaudi orõnem. ℣. Dñs vobiscum. Oremus.
DEus conditor, ⁊ defensor generis humani: qui hoĩem ad imaginem tuam formasti: respiçe suꝑ hũc famulũ tuum N. q dolis immundi serpentis appetit: quem vetus aduersarius, antiquus hostis terrę, formidinis horrore circumuolat: ⁊ sensum mentis humanę stupore defigit, terrore conturbat, ⁊ metu trepidi timoris exagitat. Repelle dñe virtutẽ diaboli: fallacesq; eius ĩsidias amoue: ꝓcul impius tẽtator aufugiat. Sit noĩe tuo signo crucis ✠ in fronte, famulus tuus munitus: ⁊ in aĩa tutus, ⁊ corpore.
¶ Quatuor cruces sequentes fiant in pectore demoniaci. Tu pe ✠ ctoris huius interna custodias, tu viscera ✠ regas, tu cor ✠ da confirmes, in anima ✠ aduersatricis potestatis tenta

menta euanescat. Da dñe ad hanc inuocatio/nem sanctissimi nois tui grãm: vt qui hucusque terrebat, territus aufugiat, ⁊ victus abscedat: tibiqꝫ possit hic famulus tuus ⁊ corde, ⁊ mente, prebere famulatum. Per dñm. Coniuratio.

Adiuro te serpens antique, per iudicem viuorũ ⁊ mortuorum, per factorem tuum, per factorē mundi: per euꝫ qui habet potesta/tem mittendi te in gehennam: vt ab hoc famu/lo Dei N. ✠ in fronte, qui ad ecclesie sinuꝫ re/currit, cum metu, ⁊ exercitu furoris tui festinus discedas. Adiuro te iterũ ✠ in fronte, non mea infirmitate, sed virtute spũs scti, vt desistas ab hoc famulo Dei N. ✠ in fronte, quē oipotens Deus ad imaginē suaꝫ fecit. Cede igitur, cede, non mihi, sed ministro Christi. Illius enim te vrget potestas, qui te effigēs cruci ✠ sue subiu/gauit. Illius brachiũ cōtremisce: q deuictis ge/mitibus inferni, animas ad luceꝫ pduxit. Sit ti/bi terror corpus hominis, ✠ in pectore, sit tibi formido imago Dei ✠ in fronte, ne resistas, nec moreris discedere ab homine: qm̃ compla/cuit Christo in hoie habitare. Et ne contem/nendum me putes, dum me peccatorem nimis esse cognoscis. ✠ Imperat tibi Deus. ✠ Im/perat tibi maiestas Christi. ✠ Imperat tibi Deus pa ✠ ter. Imperat tibi Deus fi ✠ lius. Imperat tibi Deus spiritus ✠ sanctus. Impe/rat

rat tibi fides apostolorũ Petri, ✠ ꝛ Pauli, ꝛ ceterorum sanctorũ. Imperat tibi indulgentia confessorũ. ✠. Imperat tibi martyruꝫ ✠ sanguis. Imperat tibi sacramentũ cru ✠ cis. Imperat tibi ministeriorũ ritus. ✠ Exi ergo transgressor, exi seductor, plene omni dolo, ꝛ fallacia, veritatis inimice, innocentium persecutor. Da locum durissime: da locũ impijssime: da locuꝫ Christo, in quo nihil inuenisti de operibus tuis: qui te spoliauit, qui regnuꝫ tuum destruxit: qui te victum ligauit, ꝛ vasa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras: vbi tibi cum ministris tuis erit preparatus interitus. Sed qd truculente recogitas? quid temerarie retractas? Reus omnipotenti Deo es, cuius statuta transgressus es. Reus es filio eius Jesu Christo Dño nostro, quem tentare ausus es, ꝛ cru ✠ cifigere presumpsisti. Reus es humano generi, cui tuis persuasionibus mortis fructum propinasti.

¶ Si adhuc non recesserit: tu humilius, ꝛ vlterius ꝓsequere: ꝛ nunquam moreris ꝓpter nugas, aut quecũqꝫ verba falsa diaboli. ℣. Dñs vobiscuꝫ. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte, pater oĩpotẽs, eterne deus: hosanna in excelsis, pater Dñi nostri Jesu Christi, qui illuꝫ refugam tyrannum, ꝛ apostatam gehenne ignibꝰ deputasti: qui vnigenitum tuuꝫ in hunc mundũ misisti, vt illuꝫ rugientem

cõtereret velociter attende, accelera vt eripias hoiez, ad imaginẽ, ⁊ similitudinẽ tuaz creatuz a ruina ⁊ dęmonio meridiano. Da dñe terrorem tuaz sup bestiam, quę exterminat vineam tuam. Da fiduciã seruis tuis cõtra nequissimũ dracõnez pugnãdi fortissime: ne cõtemnat sperantes in te: ⁊ ne dicat sicut in Pharaone, qui iam dixit, Deuz non noui, nec Israel dimitto. Urgeat illũ dextera tua potens expellere a famulo tuo N. ne diutius p̄sumat captiuum tenere hoiem: quẽ tu ad imaginem tuã facere dignatus es: ⁊ in filio tuo redemisti, Qui tecum. Coniuratio.

Adiuro ergo te draco nequissime in noie agni immaculati: qui ambulauit sup aspidem, ⁊ basiliscũ: qui cõculcauit leonez ⁊ draconem: vt discedas ab hoie ✠ in fronte, discedas ab ecclesia ✠ Ista crux fiat sup circũstãtes ei. Contremisce, ⁊ effuge, inuocato noie dñi illius, quẽ inferi tremunt, cui virtutes cęlorum, ⁊ potestates, ⁊ dñationes subiectę sunt: quem Cherubim, ⁊ Seraphim indefessis vocibus laudant. Imperat tibi verbũ ✠ caro factum. Imperat tibi natus ex virgine. ✠ Imperat tibi Je ✠ sus Nazarenus: qui te, cũ discipulos eius ɔtẽneres, elisum, atq₃ prostratuz exire pręcepit ab hoie: quo p̄sente cum te ab hoie separasset, nec porcorũ gregem cõtingere p̄sumebas. Recede ergo nunc adiuratus in noie eius ✠ ab homine,

quem

quem ipse plasmauit. Durū est tibi velle ✠ resistere, durū est tibi contra stimulum calcitrare, ✠ quia quāto tardius exis, tāto tibi suppliciuꝫ crescit maius: quia non homines contemnis, sed illum, qui venturus est iudicare viuos, ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen.

¶ Si adhuc oppressus nō fuerit liberatus, ꝑsequere fide forti, ⁊ noli quasi fatigatus desperare, sed etiā caue, ne sub curiositate cuiusquam tibi fiat mora, vel ꝓtractio, in loquēdo cum immūdo spiritu: quāuis multa occulta, ⁊ mirabilia dicat, sed ꝯtinua, ⁊ deuicta oī ꝯfusione legendo aperte, ⁊ distincte deuotionē tuā nō pmittas interrumpi, vel retardari. ℣. Dn̄e exaudi, ⁊c. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus.

Omnipotens domine, verbuꝫ Dei patris, Christe Jesu, Deus, ⁊ dn̄s vniuersę creaturę, qui sanctis apostolis tuis dedisti potestatem calcandi supra serpētes, ⁊ scorpiones: qui inter cętera mirabiliū tuorum pręcepta dignatus es docere dęmones effugare: cuius virtute motus, tanquam fulgur de cęlo sathanas cecidit: tuum sanctum nomen cū timore, ⁊ tremore suppliciter deprecor: vt indignissimo mihi seruo tuo, data venia omniū delictorum meorum, cōfidentiam, ⁊ possibilitatē donare digneris: vt hunc crudelem dęmonē, ⁊ draconeꝫ brachij tui sancti munitus potentia, fiducialiter, ⁊ secure

aggrediar: per te Iesu Christe dñe Deus noster, qui vẽturus es iudicare viuos, ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem. ℞. Amen. Coniuratio.

Adiuro ergo te oĩs immundissime spũs: omne phantasma: oĩs incursio sathanę, in noĩe Iesu ✠ Christi Nazareni, qui post lauachruz Iordanis in desertum ductus est, ⁊ te in tuis sedibus vicit: vt quẽ de limo terrę ad honorez glorię suę formauit, tu desinas impugnare: ⁊ in hoĩe miserabili, nõ humanã fragilitatẽ, sed imaginem omnipotẽtis Dei cõtremiscas. Cede ergo Deo, ✠ q te in humiliato famulo suo Iob in seruitutem redegit. Cede Deo, ✠ qui ⁊ malitiam tuã in Pharaone, ⁊ in eius exercitu, per Moysen seruum suum in abyssum demersit. Cede deo, ✠ qui te per Danielẽ puerum suum perdidit, ⁊ draconẽ prostrauit. Cede Deo, ✠ qui te per fidelissimuz seruuz suuz Dauid de rege Saule spiritualibus cãticis pulsuz fugauit. Cede Deo, ✠ qui te in Iuda scarioth proditore dãnauit. Ille eniz te diui ✠ nis verberibus angit, in cuius cõspectu cũ tuis legionibus tremens, ⁊ clamans dixisti. Quid nobis, ⁊ tibi fili David: venisti ante tempus torquere nos. Ille te perpetuis flãmis vrgeat, qui in fine temporũ dicturus est impijs. Ite maledicti in ignẽ ęternũ, quez preparauit pater meus diabolo, ⁊ angelis eius. Tibi enim impie, ⁊ an

gelis

gelis tuis vermes erunt, qui nunquam morien-
tur. Tibi ⁊ angelis tuis inextinguibile prępara-
tur incendium, quia tu es princeps maledicti
homicidij, tu auctor incestus, tu sacrilegiorum
caput, tu artium pessimaruz magister: tu hęre-
ticorum doctor: tu totius obscenitatis inuen-
tor. Exi ergo ✠ impie. Exi scelerate. ✠ Exi
✠ cum omni fallacia tua, ✠ quia hominē tem-
plum suum voluit esse Deus. Sed quid diu-
tius moraris hic? da honorem Deo patri om-
nipotenti ✠ cui omne genu flectitur. Da locuz
Dño Jesu ✠ Christo, qui pro hoīe sanguinem
suum sacratissimū fudit. Da locum spiritui san-
cto, ✠ qui per beatuz apostolum suum Petrū
manifeste te strauit in Simone mago: qui falla-
ciam tuam in Anania, ⁊ Saphira condem-
nauit: qui te in Herode rege honorez Deo nō
dante percussit: qui te in mago Barieu per a-
postolum suum Paulū cęcitatis caligine per-
didit, ⁊ per eundē de Phytonissa verbo impe-
rans exire pręcepit. Discede ergo ✠ nunc, di-
scede ✠ seductor, ✠ Tibi eremus sedes est: ti-
bi habitatio serpens est. Humiliare ⁊ ꝓsterne-
re. Jam non est differendi tempus. Ecce enim
dominator dñs proximat cito, ⁊ ignis ardebit
ante ipsum, ⁊ precedet, ⁊ inflāmabit in circuitu
inimicos suos. Si enim hominem fefelleris,
Deuz non poteris irridere. Ille te eijcit, cuius
 oculis

oculis nihil occultũ est. Ille te expellit, cuius virtuti vniuersa subiecta sunt. Ille te excludit, qui tibi, ⁊ angelis tuis preparauit ęternam gehennam: de cuius ore exiet gladius bis acutus. Qui venturus est iudicare viuos.

SECVNDVS EXORCISMVS vocatus Luciferina.

Coniuratio pulchra contra demones. Oratio.

Adesto dñe tui famuli N. saluti, adesto muneribus: vt qđ nr̃o quęrendum est seruitio, tuo adimpleatur auxilio. Per dñm nr̃m.

Vadi maledicte sathana, ⁊ spũs maligne, ⁊ adiuratus p nomẽ ęterni Dei, ⁊ saluatoris Dñi nr̃i Jesu Christi, cum tua victus inuidia, gemẽs, tremẽsqȝ discede: atque nihil sit tibi cõmune cũ N. seruo Dei, iam celestia cogitanti: tibi, ac scl̃o tuo renũtiaturo, cũ beatis victoribus mortalitatis. Da igit honorẽ spũi sancto adueniẽti: qui a summa cęli arce descendit pro turbandis, destruendisqȝ fraudibus tuis: vt diuino aquę viuę saluberrimoque fonte purgatũ pectus eiusdẽ, sanctificatũ Deo tẽplum, ⁊ habitaculũ perficiatur: vt ab oĩbus penitus noxijs pręteritorũ criminũ liberatus seruus Dei N. gratias perennes ęterno, ⁊ omnipotenti Deo referat semper, ⁊ benedicat ineffabile nomen eius: nunc, ⁊ in secula seculorum. Amen. fiat.

Quibus dictis cõtinuo ista pcepta sunt legẽda.

Primum

¶ Primum preceptum.

EGo impero vobis in virtute Dei omnipotẽtis: ꝛ ꝑ merita sanctissime passionis Dñi nr̃i Jesu Christi: ꝛ in noie Jesu Christi, cui nomini nõ solũ obedire conuenit celesti curie, verũ terrestri, ꝛ infernali: ꝛ quemadmodum est maioris virtutis, ꝛ potẽtie, q̃ oẽs immundi spiritus, facture, atque phantasmata. Ita vobis precipio in noie Jesu, si verũ est ꝙ in hac creatura Dei sint phantasmata, aut spiritus immundi: seu spũs egritudinum, aut incantationes: ꝑcipio vobis in noie Jesu, vt quãprimũ discedatis, ꝛ separetis vos ab omni loco, ꝛ mẽbro huius corporis, ꝛ in pollice pedis sinistri in eodẽ ponatis vestras vires, ꝛ oẽs remouentes ab eo sensus eius, atq; virtutes: ac inde minime sursum ascẽdatis absq; nr̃a licentia. Et ita vobis ꝑcipio in noie Jesu, ꝙ si ꝑcepto qđ vobis precepi in noie Jesu, cõtra feceritis, non ostendentes veritatẽ, per virtutem, ꝛ potentiam, quam supra vos Deus omnipotens mihi concessit, religo vos eternaliter, ꝛ condemno vos ad vltimum inferni profundum, cum omnibus penis, supplicijs, ꝛ tormentis, que vnquam possibilia sint dici, ꝛ cogitari: pene, suppliciaque vestra semper augeantur, centies centena millia magis quam pene eorum sunt, qui in imo profundo baratri cruciantur: ꝛ cõtinue de die in diem

augeantur,

augeantur, deque hora in horam: & ad diem vs/
que tremendi iudicij: si nūc quamprimuz veri/
tatem non ostendetis. Amen, fiat.

¶ Secundum preceptum.

ITem impero vobis in virtute oīpotentis
Dei, ac per merita sanctissime passionis
Dñi nr̄i Jesu Chr̄i. In noīe sancte Trinita/
tis, pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spūs ✠ sancti: & p illā
sanctā annunciationem, qua angelus Gabriel
nunciauit gloriose virgini Marie, qꝫ ferre de/
bebat in vtero Jesuz Chr̄m: & ita vt verum est,
qꝫ vera mater fuit Dñi nr̄i Jesu Chr̄i: & sicut
semp fuit virgo ante partū, in partu, & post par/
tum: ita p̄cipio vobis in noīe Jesu Chr̄i Naza
reni: si verū est, qꝫ in hac creatura Dei sint spi/
ritus immūdi, aut spūs egritudinum, aut phan/
tasmata, aut facture, aut incantationes alique:
precipio inquam vobis, In noīe Jesu Christi
Nazareni: qꝫ nūc in momēto discedere debea/
tis, ac vos separare ex omni loco & mēbro eius
corporis: & in hunc pedē venire debeatis: atque
in eodē ponere oēs vestras vires, priuantes ip/
sum oī sensu, atqꝫ virtute: indeqꝫ discedere nul/
lo modo debeatis absque licētia. Jta vobis p̄ci
pio in noīe Jesu Chr̄i Nazareni: qꝫ si veritatē
minime ostendatis: virtute, atque potentia,
quā mihi supra vos Deus sua infinita clemen/
tia tribuit, religo vos eternaliter, & condēno in

imum vsque inferni ꝓfundũ, in penis oĩbus, sup/
plicijs, atque tormẽtis: q̃ vnquã possibilia sint
dici, ⁊ cogitari, ac penę, ⁊ supplicia v̄ra semꝑ au
geant cẽties millies magis quã eoꝝ penę, ac sup
plicia sunt: q in inferni imo ꝓfundo cruciãtur:
De die ĩ diẽ, deq; hora vsq; ĩ horã: ⁊ ad vltimũ
finẽ tremẽdi iudicij, si nũc quam primũ, ⁊ in mo/
mento veritatẽ non ostendatis. Amen. fiat. fiat.

¶ Tertium preceptum.

ITem in noĩe sanctissimę Trinitatis, ⁊ in virtute, ⁊ potentia oĩpotentis Dei, ac per
merita sanctissimę passionis Dñi nostri Jesu
Christi: in noĩe inquam sanctissimę Trinitatis
pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: atque ꝑ
merita gloriosę virginis Marię, verę matris
Dñi n̄ri Jesu Chr̄i, ac per merita sancti Johã
nis Baptistę, ⁊ Johãnis Euãgelistę, cui reue/
lata fuerunt secreta cęlestia: ac per merita san/
ctoꝝ apl'oꝝ, atque discipuloꝝ, per quatuor euã/
gelistas, per effusionẽ sanguinis sanctorũ mar/
tyrũ: per merita sanctorũ confessoꝝ, ⁊ per qua/
tuor doctores catholicę ecclesię, per sanctas vir
gines, ⁊ viduas, ꝑ oẽs sanctos ⁊ sanctas curię
cęlestis, per sanctũ Michaelem, Gabrielem, ⁊
Raphaelẽ: ⁊ oẽs sanctos Angelos, ⁊ Archan/
gelos, Thronos, Dñationes, Principatus, ⁊
potestates cęli: ꝑ scãs missas, q̃ hodie sunt cele/
bratę ꝑ totã catholicã ecclesiã, per sanctissimã
resurre/

resurrectionē dñi nři Jesu Chři: ⁊ sicuti verum
est, ꝙ Jesus Chřs die tertia a morte resurrexit
ad vitam: ⁊ sicuti virtutem, ⁊ potestatē dedit a-
pl'is eijciēdi, expellendiqꝫ demonia: ⁊ egrotos
ab omni morbo curādi in noīe Jesu, ita vobis
ꝓcipio in noīe Jesu Chři Nazareni, si verum
est ꝙ in hac creatura Dei sint phātasmata, aut
spūs immūdi, aut spūs egritudinuꝫ, aut facture
malefice incantationes alique. ✠ Impero in-
quam vobis in noīe Jesu Christi Nazareni, ꝙ
nunc statim, ⁊ in momēto discedatis: ⁊ vos se-
parare debeatis ex omni loco, ⁊ mēbro huius
corporis. ⁊ in pedem descendatis, ⁊ ponatis ibi
oēs vestras vires: ⁊ ita vobis precipio in noīe
Jesu Christi Nazareni. Verū contrafacientes
precepto: qđ vobis ꝓcipio in noīe Jesu Chri-
sti Nazareni, virtute, atque potentia, quaꝫ mihi
clemētissimus ⁊ oīpotens Deus supra vos, sua
prebuit misericordia, religo vos eternaliter, ⁊
condemno vsque ad vltimū inferni profunduꝫ,
cuꝫ omnibus penis, supplicijs, ⁊ tormentis, que
dici possibilia sint, ⁊ cogitari: que pene, suppli-
ciaqꝫ vestra augeantur centies centena millia,
magis quā sunt eorū pene, qui in imo baratri
cruciant profundo. Et assidue continuato sup-
pliciorū numero, de die in diem augeat: de ho-
ra in horaꝫ, ad vltimū vsque in finem tremendi
iudicij, nisi nunc in instanti absqꝫ tpis momen-
to veri-

to veritatẽ ostendatis: ⁊ hoc idem sit ꝑ tertio, ⁊ vltimo peremptorio, ad honorẽ, ⁊ gloriã sanctissime Trinitatis, damnũ, ⁊ opprobriũ sathane, ⁊ oĩu3 infernaliũ. Et hoc sub pena excõmunicationis, necnon sub pena supportãdi, ⁊ habẽdi penas duplicatas plures illis, quas alibi haberẽt, vel plures, vel pauciores de penis accidentalibus ad arbitrium Dei altissimi: ⁊ casu quo tuum, vel vestrũ creatorẽ contẽpseritis in suo sacerdote: in virtute eiusdẽ Dei oipotentis pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sancti, ⁊ in virtute omni supra, ⁊ alias cõmemorata, Exorcizo ✠ adiuro ✠ ꝯiuro ✠ anathematizo ✠ lucife rum, ⁊ oẽs potestates infernales, ac singulis eorum ✠ precipio sub penis cõsimilibus, vel alijs equiualentibus: ⁊ mei ꝓcepti transgressoribus: vt oẽs spũs malignos inimicos tuos, vel vr̃os: ⁊ alios numero: q̃ sufficientes sint ad infrascripta, eos nominatim exprimendo, licentient, ⁊ cogant ad sumendũ de te, vel de vobis supplicium, ⁊ te vel vos expellendu3 ab hac creatura N. cum oibus vestris malis effectibus per cõtumaciam, ⁊ rebellionẽ. Similiter quoq3 exorcizo ✠ adiuro ✠ coniuro ✠ anathematizo ✠ oẽs vos, vel vestros spũs: ⁊ quoscunque alios necessarios vt supra: et ipsum quoque luciferũ: ⁊ singulis eorũ precipio, quatenus expediant in virtute vt supra, ⁊ sub penis vt supra: vt omnia

mala

in mala vestra opera, ⁊ effectus destruant, ⁊ annullent te, vel vos ab hac creatura Dei N. ⁊ sine lesione alicuius creature expellant: ⁊ ad inferni baratrum deducant, ⁊ in profundo abyssi igne excrucient, ⁊ affligant, pro demeritis inobedientie vestre. Oratio.

O Ro vero Deũ oĩpotentem: scilicet p̃rem, ⁊ filiũ, ⁊ spũm sanctũ, vt a tuis penis te, vel vos, nec non alios spũs inobediẽtes nullatenus absoluat: ⁊ eas exoluere cogat: p̃ut ei placuerit.

¶ Primo interroga q̃d est nomẽ illius: ⁊ quot socios habet. Secundo de quo ordine. Tertio quod sit nomen magistri sui. Quarto sub qua potestate demoniorum. Quinto vbi habitauit antequã intraret. Sexto per quem sanctum, vel sanctã exiret, vel personã. Septimo qñ, ⁊ quod signum. Octauo licentia, si noluerit respõdere.

¶ Accipe ignẽ cum sulphure bñdictũ, ⁊ p̃sufumiga donec dixerit veritatem. Postea adiura: ⁊ precipias q̃ de cetero nõ habeat potestatem nocẽdi, ⁊ q̃ nõ dimittat defectum. ⁊c. Dicatur Pater nr̃. cum Aue Maria. deuote ⁊ omnes astantes, ⁊ puro corde In noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sancti. Amẽ. Ego coniuro ✠ te demonem, vel demones, per pa ✠ trẽ, ⁊ fi ✠ liũ, ⁊ spũm ✠ sanctum: per Angelos, Archangelos, Thronos, Dñationes, Principatus, Potestates, ⁊ Uirtutes celorũ: ⁊ per operationem oium

rerum,

rerum, & per oia mirabilia, quę fecit Deus in cęlo, & in terra, & per Cherubim, & Seraphim, vt statim nomen tuũ manifestes, & exeas de corpore isto: & de carne hui⁹ creaturę Dei ✠ & procul fugias, citoque recedas, & ampli⁹ nõ noceas. Coniuro ✠ te per quatuor Euangelistas, Johannem, Matthęũ, Marcũ, Lucam. Per tre ✠ mendum diem iudicij, & per sanctã Mariaꝫ matrẽ dñi nři Jesu Chři: & ꝑ sanguinẽ, & aquã qui de latere Chři Dñi nostri exiuit: & per vigintiquatuor seniores, q sedent sup vigintiquatuor sedes, & per ea quę in circuitu throni sunt, & per illas virtutes, quas vidit Johannes de throno egredi, & ꝑ arcana verba, q̃ nõ licet homini loqui, & ꝑ legiones angelorũ principaliũ, qui cãtant canticũ nouũ ante sedem maiestatis Dei, & per Patriarchas, scilicet Abraham, Jsaac, & Jacob: vt statim exeas de corpore istius creaturę, procul fugias, & cito recedas. Con ✠ iuro te demonem per martyres, per innocentes, & per septem Angelos, & duodecim Aplos. Per pa ✠ trem, & ✠ filium, & spiritum ✠ sanctum, vt amplius nõ habeas licentiã standi sup hanc creaturã dei, & Chři, ✠ sed fuge: destruat te Deus sicut glaciem a facie ignis, & destruat te Deus, vt plus nõ facias vllũ dolorẽ, nec malum, siue pęnas supra carnẽ, vel in carne, in ꝑsona istius creaturę, sicut qñ Christus natus fuit,

nullum

nullum fuit passus dolorē. O dñe Deus, qui de limo terrę hoiem plasmasti, cęlū, ⁊ terrā fecisti, sic fiat vt exeant dęmones de corpore, ⁊ de carne istius creaturę: ⁊ procul fugiant, ⁊ recedant. Con ✠ iuro vos dęmones per sanctū sacrificium, qđ celebrat per vniuersum mundū, ⁊ per sanctū Michaelem Archangelū, ⁊ per sanctū Raphaelē, ⁊ Gabrielem: ⁊ per sanctā crucē in qua fuit suspensus, ⁊ passus dñs noster Jesus Chrs, ⁊ per Aduentū, ⁊ per Natiuitatem, ⁊ per Circuncisionem Dñi nři Jesu Chři, ⁊ per baptismū suū, ⁊ per pęnas suas, ⁊ passionē suam, ⁊ per mortē, ⁊ sepulturā suā, ⁊ p gloriosaʒ resurrectionem suā, ⁊ per admirabilē ascensionē suā, ⁊ per gratiā spūs sancti paracliti, ⁊ per tres pueros, scilicet Ananiā, Azariā, ⁊ Misaelē, ⁊ de camino ignis ardentis liberatos, ⁊ per mēbra corporis Chři, ⁊ per oēs sanctos Dei, ⁊ per oēs quos elegit dñs ante mundi cōstitutionē, ⁊ per oēs creaturas Dei, ⁊ per oia visibilia, ⁊ inuisibilia creata a Deo, per clauos quos habuit Chrs in manibus, ⁊ pedibus, ⁊ per oēs missas, quę cātatę sunt, ⁊ cantabunt per totum mundū, ⁊ per nomina Chři, ⁊ per prudentiam eius, vt recedas de corpore istius creaturę N. vt amplius ei nō noceas, nec vllū malum, vel tribulationē ei facias. Diui ✠ dat te Deus pater: de ✠ struat te filius: disper ✠ dat te spūs scūs. Amē.

Ipsa.

Ipsa sancta Trinitas ops deducat hanc creaturã ad pristinaz sanitatem: ꝛ perducat vbi regnat ipse filius, ꝛ viuit cũ spiritu scõ ✠ sine fine in secula seculoꝝ. Amen. Ecce cru ✠ cez Dñi: fugite partes aduersę: vicit leo de tribu Juda, radix Dauid, Emanuel, all'a. Chr̄s vincit. ✠ Christus regnat. ✠ Chr̄s imperat: ✠ Christus mortificat: ✠ Christus viuificat: ✠ Sanctus ✠ Sanctus ✠ Sanctus ✠ dñs Deus Sabaoth. Pleni sunt cęli, ꝛ terra gloria tua: hosanna in excelsis: ✠ Benedictus qui venit in noie Domini: hosanna in excelsis. Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, verbum Dei patris Chr̄e Jesu, Deus ꝛ dñs vniuersę creaturę, qui sanctis apl'is potestatem dedisti calcandi supra serpẽtes, ꝛ scorpiones, qui inter cętera mirabilium tuorũ pręcepta dignatus es dicere, dęmones effugate. Cuius virtute victus tanquã fulgur de cęlo sathanas cecidit, tuum nomen cũ tremore, ꝛ timore suppliciter deprecor, vt idignissimo mihi peccatori data venia delictorum meorum cum fiducia possibilitatẽ donare digneris, vt hunc crudelẽ draconẽ, tua munitus potẽtia, firmus, ꝛ securus aggrediar. Adiuro ✠ ergo vos oẽs immundissimos spũs, ꝛ oẽs phantasias, ꝛ oẽs incursiones sathanę, in virtute nois Chr̄i, qui post lauacruz baptismi Jordanis in desertũ ductus est: in tuis

sedibus te vicit, vt illũ, quem de limo terrę ad honorem suę glorię formauit, tu desinas impugnare: & non meã fragilitatem. Christus ✠ factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortẽ autem crucis: ꝓpter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est sup omne nomen: vt in noie Jesu omne genu flectat: cęlestium, terrestriũ, & infernoꝝ. Cede ✠ ergo Deo: q te, in humiliato ✠ famulo suo Job, in seruitutẽ redegit. Cede ✠ Deo, qui te & malitiam tuam in Pharaone, & exercitu eius percussit, & per Moysen famulũ tuum demersit in profundum. Cede ✠ Deo, qui per Danielem puerum suum draconẽ ꝓstrauit. Cede ✠ Deo, qui te per fidelissimum seruum suum David de Saule rege in spũalibus canticis pulsuz fugauit. Cede ✠ Deo, qui te in inuido ꝓditore dãnauit Dathan, & Abiron, & in eos iram suã ostẽdit. Ille ✠ te diuinis verberibus agat, in cuius cõspectu cũ tuis legionibus tremẽs clamabas, Quid nobis, & tibi Jesu Chre: venisti ante tempus torquere nos. Ille te flãmis perpetuis vrgeat, qui in fine tpis dicturus est tibi, & impijs: Ite maledicti in ignem ęternũ, qui pręparatus est diabolo, & angelis eius. Tibi impie, & angelis tuis erunt ibidem vermes, qui nunquã morientur, & inextinguibile pręparatum erit incendiũ, quia tu es maledictus, & homicida, & princeps

ceps homicidij,tu auctor incestus,tu sacrilego-
rum caput,tu artiũ pessimaꝝ magister, tu here-
ticorũ doctor,tu oĩum maloꝝ inuentor. Exi er-
go impie,exi scelerate,exi cũ omni fallacia tua,
quia hoc tẽplum Deus suũ esse voluit, sed qua-
re diutius moraris? da honorẽ Deo omnipo-
tenti: ✠ Da locũ Jesu Chr̃o filio eius, ✠ cui
omne genu flectitur,cęlestiũ,terrestriũ,⁊ inferno-
rũ, qui ꝓpter hoiem sanguinẽ suum fudit. Da
✠ locũ spiritui sancto,qui te per beatũ Petrũ
apl̃um suũ manifestauit in Simone mago:q fal
laciã tuã in Anania,⁊ Saphira ꝯdẽnauit. Qui
te in Hermogene per apl̃m suũ Jacobum cę-
citatis caligine perfudit. Disce ✠ de ergo ma-
ligne,discede seductor:tibi enim infernus sedes
est,tibi habitatio serpentiũ: humiliare te ergo,
⁊ ꝓsternere debes, qa iaz nõ est tẽpus differen-
di. Ecce enim dñs dñator approximat. Cito
ignis ante ipsũ ardebit,⁊ inflãmabit in circuitu
inimicos eius:si eniz hoiez fallis,⁊ illudis:deũ nõ
potes illudere,vel irridere. Jlle ✠ te eijcit, cu-
ius oculis nihil occultũ est. Jlle ✠ te expellit,
cuius virtuti vniuersa subiecta sũt. Jlle ✠ te ex-
cludit,q tibi,⁊ angelis tuis ꝑparauit gehẽnã, de
cuius ore exijt gladius bis acutus,q venturus est
iudicare viuos,⁊ mortuos,⁊ seculũ per ignem.

¶ Si fuerit liberatus dicat canticũ Zacharie.
B ñs dñs Deus Jsr. ps. Laudate dñm de celis

Postea signet eũ sacerdos manu dextera dicẽs.
¶ Signo te famulum Dei signo cru ✠ cis, Signo caput ✠ tuũ, sicut Deus oĩps Dñs noster Jesus Chr̃s varijs languoribus signauit oppressos. Signo ✠ tibi oculos tuos, sicut dominus noster Jesus Christus signauit oculos cecorum, quos illuminauit. Signo ✠ tibi aures, sicut signauit dñs aures surdorum. Signo ✠ tibi os tuum, sicut signauit dominus noster Jesus Chr̃s ora mortuorum, quos loqui fecit. Hic signet omnia membra tam honesta, quam inhonesta, si potest ad minus principalia, vt ab ipsis expellatur diabolus. Oratio.

BEne ✠ dicat te dñs Deus, sicut benedixit Abrahaz, Jsaac, & Jacob. Sit super ✠ te sanitas, sicut olim super Mariam Magdalenam: & sicut sup mulierẽ, quam a fluxu sanguinis sanauit dñs. Custo ✠ diant te angeli Dei ab omnibus artificijs diaboli, protegat te Deus Jsrael, & adiuuet te, & augeat tibi sanitatem, & bene ✠ dictionem, hic & in futuro seculo. Qui viuit, & regnat, & venturus est iudicare viuos, & mortuos, & seculum per ignem.

¶ Postea aspergat eum aqua benedicta, & dimittat in pace, precipiendo ꝙ faciat celebrare vnam missam de B. Maria cum oratione spiritus sancti, & S. Zenonis epi. Oratio.

DEus, qui beato Zenoni confessori tuo dedisti

disti virtutem expellēdi demones de quocunque loco: pręsta q̄s, vt per eius oīones, & merita mihi pręstes virtutem: vt isti demoues, qui famulum tuum inuaserunt, amplius non valeāt ad eum accedere. Per Christum dn̄m nostrū.

¶ Si noluerit se manifestare, vel recedere: dic in auricula verba sequentia.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, pręualui aduersus eum. In manus tuas dn̄e commendo spiritum meum: redemisti me Dn̄e Deus veritatis. Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi dn̄e finem meum. Et numerum dieruz meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. Fac mecū signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: q̄m tu dn̄e adiuuisti me, & consolatus es me. Dirupisti dn̄e vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomē Dn̄i inuocabo. Periit fuga a me: & non est qui requirat animā meam. Clamaui ad te dn̄e, dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium. Non me demergat tempestas aque, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat sup me puteus os suum. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus a facie venti, & sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Vox Domini super

aquas, Deus maiestatis intonuit, Deus super aquas multas: vox dñi in virtute, vox Dñi in magnificentia, vox dñi confringentis cedros: & confringet dominus cedros libani. Irruat super eos formido, & pauor, in magnitudine brachij tui, Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat seruus tuus, quem possedisti.
Interroga, si noluerit: dic in auricula. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti, Amen, per quē hęc omnia domine, semper bona creas, sancti ✠ ficas, viui ✠ ficas, bene ✠ dicis, & prestas nobis. Filius Dei venit de celo, & incarnatus est in vtero beatissime virginis Marię, causa expellendi diabolum, & oēm malignum spiritum: ita expellere dignetur a famulo Dei N. & mergere te, & alios in profundum inferni, & abyssi. Ecce cru ✠ cem Domini nostri Jesu Christi: fugite partes aduersę, vicit leo de tribu Juda, radix Dauid, alleluia, alleluia, alleluia. Dixit dominus Jesus discipulis suis, de quorum numero, quamuis indignos nos esse voluit. In nomine ✠ meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: super ęgros manus imponent, & bene habebunt. Jesus ✠ Marię filius: salus mundi, & dominus: sit tibi salus ✠ clemens, & propitius: in nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti. Amen.

TER-

TERTIVS EXORCISMVS.

Sancto Cypriano ascriptus.

¶ Hec est oratio S. Cypriani, cuius oīo sit semper nobiscū. Et est absolo omniū facturarꝫ, ꝛ laus Deo in celo, ꝛ in terra: ꝛ dī nouē diebus. In nomine Patris, ꝛ filij, ꝛ Spūs sancti. Amē.

¶ Hec est sanctificatio que disrumpit, ꝛ soluit omnia mala facturarū. Ad laudem Dei magni, ꝛ virtutem altissimi Dei viui. Amen.



Ego Cyprianus seruus dñi nri Jesu Chri, ꝓuidi sensum meū, ꝛ memoriam magnā altissimo Deo, ꝛ rogaui eum, ꝛ dixi. Tu es Deus meus, Deus fortis, Deus magnus, Deus oṗs, q habitas in magno lumine, ꝛ semper laudabilis in scl'a scl'orū, Amen. Et ab antiquo tēpore vidisti maleficia serui tui, ꝛ iniqtates, in quib⁹ mersus erā sub potestate diaboli. Et nesciebaꝫ nomen scūm tuū, ꝛ terribile, ꝛ in illo tēpore ego Cyprian⁹ nubes ligabā: ꝛ nō pluebat super faciē terrę, ꝛ terra nō dabat fructū suū, ꝛ arbores nō dabāt fruct⁹ eoꝝ: ꝛ per greges ouiū pergebā, ꝛ statiꝫ disertabant. Et similiter de mulieribus, q̄ ꝑgnātes erāt ligabā, ꝛ nō poterāt parere: et pisces maris ligabā, et non ambulabant semitas maris: et volatilia cęli ligabā, et nō volabāt prę multitudine malitiarum mearum: et hęc omnia faciebam. Nunc aūt dñe Jesu Christe cognoui nomē scūm tuum,

 et dilexi

ꝛ dilexi illud: ꝛ conuersus sum de multitudine malorꝫ, ꝛ malitiarū mearuꝫ ex toto corde meo, ꝛ ex totis viribus meis, ꝛ ex tota mente mea, in dilectione, ꝛ in mādatis tuis. Et nunc ergo rogo te dñe Deus meus: qa tu es vnicū verbum pris altissimi Dei viui, vt dissoluas vincula nubiū, ꝛ disrūpas ea: vt descēdant pluuię sup faciē terrę, ꝛ terra det fructū suum, ꝛ arbores dēt fructus eorꝫ: ꝛ pariant mulieres filios suos immaculatos, ꝛ pisces maris cū oībus aīalibus, quę mouent in aquis, ꝛ sup terrā: dissoluant ꝛ disrūpantur oīa flumina, ꝛ volatilia cęli dissoluātur: quę mouent in aquis, ppter nomē sanctū tuum laudabile, ꝛ bñdictū: ꝛ fugiat ab eis oē malū, ꝛ oē vinculū, ꝛ oē periculum, ꝛ immundi spūs nō pmaneāt in eis. Et oēs facturę dissoluantur: ꝛ perdat opus earū, ꝛ psonę earꝫ, ꝛ oēs sensus earū. Et ideo tu dñe custodi famulū tuū ab oī factura, ꝛ ab omni vinculo, ꝛ maligno oculo, ꝛ a diabolis: ꝛ ab auribus eorꝫ, ꝛ a lingua dolosa, ꝛ a tonitruis: ꝛ a lampadibus: a fulgure ꝛ tēpestate, ꝛ ab oībus inimicis, ꝛ malignis spiritibꝰ: ꝛ a potētijs dominorū rectorꝫ tēporaliū, ꝛ spūalium, ꝛ ab iris pplorꝫ, ppter nomē sanctū tuum laudabile, ꝛ bñdictū, magnū ꝛ glorificatū in cęlo, ꝛ in terra. Et p Emmanuel: qđ est interpretatū nobiscū Deus: ꝛ sicut aperta fuit petra, ꝛ aqua effusa est, ꝛ biberūt filij Israel: ꝛ liberauit

eos Dñs Deus de terra Aegypti, ⁊ de manu Pharaonis, p Moysen ⁊ Aaron filios tuos. Et tu dñe Deus ops pone manũ tuã dexteram plenã larga bñdictione sup famulũ tuum N. ⁊ reple eũ ęternis bñdictionibus. Amẽ. Et etiã dñe sicut tu posuisti Adã in paradiso, ab origi ne mũdi, ⁊ fecisti in eo manare magnũ flumen: de quo diuisisti quatuor flumina: scilicet Phi son, Geon, Tygrim, ⁊ Eufratẽ: de quibus totũ mundũ rigare pcepisti. Et nemo potuit neque potest tuę cõtradicere voluntati. Nec etiam tu dñe pmittas aliquem contradicere aduersus fa mulũ tuum N. a quo hodie p virtutẽ tuã elon getur oẽ malũ, ⁊ oẽ periculum, ⁊ oẽs virtutes, ⁊ insidię diaboli, et oẽs aduersarij eius non ha beãt potestatem nocere ei: nec septuagintaduę lingue, et qui iã nocere ei desiderãt ex aduersa rijs eius, sint maledicti, et excõicati, et anathema tizati cuũ oĩbus q cum eis fuerint in maleficijs, ⁊ p cõminationẽ Petri, qui est princeps apo stolorũ, ⁊ p oblationẽ solẽnẽ, ⁊ p deprecationem sanctorũ, ⁊ sanctarũ Dei: ⁊ per pfectionem eorũ, ⁊ per humilitatẽ peregrinorũ, ⁊ per sacrificiũ Abel, ⁊ p bonitatẽ Raphael, ⁊ per oblationẽ Enoch, ⁊ liberationem Noe, ⁊ per oblationẽ Isaac, quem redemit Deus p angelũ, ⁊ p obe dientiã Melchisedech, ⁊ p religionẽ eius, ⁊ per vinculũ, ⁊ pulchritudinẽ Joseph, ⁊ per perseue

rationem

rationem Job, & per dilectionē, & humilitatem Moysi, & per religionē Aaron, & per orōnes sanctas, & psalmos Dauid, & p annunciationē Isaac: & p lamentationes Jeremię, & p orōnem Zacharię, & per sāctos, & sāctas, q nō dormiunt, Deum laudātes, & p ꝓfundū abyssi, & p claritatē deitatis, & per linguas euāgelistaꝝ: & per voces angelorū, & per eum, quē vidit Moyses, & per splendorē luminū: per sermonē aplorꝝ, & per natiuitatē Dñi nři Jesu Chři, & p baptismū eius, & per vocē auditā a pře de cęlis tonātem, & sup eū dicentē. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Et per eū, q fecit de aqua vinū, & per eū, qui satiauit quinqꝫ millia hoiuꝫ in deserto: & per eum, qui suscitauit Lazarū de monumēto: & per eū, qui fecit tranquillitatē in mari: & fecit ventos cessare, & ambulauit & fecit ambulare Petrū pedibus suis siccis super aquas, & per eū, qui fuit crucifixus & sepultus, & resurrexit tertia die, & per ascensionem eius, & angeloꝝ millia milliū, qui fuerunt creati, & cū eo ascēderūt in cęlū, & per spūs sancti missionem sup aplos, & per orōnes peregrinorū, qui timent Deū, per eū, qui fecit oīa, & per vocē Chři: absoluo oēs facturas, & oīa maleficia, quę facta sunt, aut facta fuerūt aduersus famulū Dei N. vt nō habeat potestatem diabolus aduersus famulū Dei N. & per noīa & orationes,

tiones,que in hoc libro scripta sunt. Et ideo ad laudē Dei,qui creauit oia: ⁊ p vocem Chri dicētis super lignū crucis, Deus meus, Deus meus,vt qd dereliqsti me? Et per nomen Dei viui glorificati,⁊ adorati,⁊ p prem,⁊ filiū ⁊ spm sanctū:⁊ si aliqua factura facta fuit, aut fiet ꝯtra famulū tuū N. per inuocationes,⁊ virtutes, ⁊ potētias diaboli:aut spirituū malignoꝝ: aut in ere,aut in plumbo,aut in argento, aut in auro. aut in aliquo filato de mortuo,vel bombicino, vel de lana,vel de lino,vel in osse hois mortui, vel in ossibus aialium quadrupedū, vel volatiliuꝫ,vel pisciū,⁊ si est in libro vel in carta virginea, vel in ligno,vel in aliqbuꝫ verbiꝫ:vel in herbiꝫ,vel ī lapidibuꝫ,aut ī piscibus de aqua,vel sine aqua,vel si est viuifici in illis:aut ī clibano,⁊ si est in sepulcro gigātū,aut Hebreoꝝ,aut paganoꝝ,aut Chrianoꝝ:⁊ si est ī agro,vel vinea,⁊ si est ī mōtibuꝫ,vel in vallibꝰ,aut ī fōtibuꝫ,vel extra,⁊ si est ab oriēte,vel ab occidēte, aut a septētrione,aut a meridie:⁊ si est in vestimētis,vel in cincturis,vel ī triuio,aut in domo, vel ī pariete, vel in lecto:aut desup,vel desupter,aut in rebus domus,vel domoꝝ,aut in arbore, aut in fouea, aut ī puteo,aut in pfundo vel in abysso, aut ī sylua,vel spelūca solitaria. Et si est in dserto,vel ī diuisionibus mariū,vel fluminū,vel ī statua,vel in clausura ferrea,vel lignea, vel in coniunctura mem-

ra mēbroꝝ, vel ꝯsumpta per ignē vel potatio-
ne, vel comestione, vel quocūque loco sit quoꝝ
hęc oia dissoluant ab isto famulo Dei N. Et
tu dñe libera eū ab oibus malis, ⁊ ab oibus tem
pestatibꝰ, ⁊ tentationibus demonū, ⁊ malignis
spiritibꝰ, ⁊ a phātasmate, ⁊ a gladio, ⁊ a vento, ⁊
a fulgure, ⁊ ab oi factura, ⁊ tēpestate, et ab omni
vinculo facturę, et a maligno oculo et ligua do-
losa, ⁊ ab oibus periculis. Amen. Per nomen
Dei, Deus Abraham, Deus Jsaac, Deus Ja-
cob, rex magnus, ⁊ glorificatus, et adoratus: vi-
uificus in cęlo, et in terra, Dissoluant ab isto fa-
mulo Dei N. oēs facturę, et oia mala. Amen. et
aperiat ei Deus ianuam dilectionis suę coraꝫ
oibus hoibus, et corā oibus scis Angelis suis: vi-
delicet Michaele, Gabriele, Raphaele, Sa-
mele, Satquiele, Anaele, Caiptiele, Uriele,
Asiele, Capharele, Pantaseron, Rachiele,
Cherubiꝫ, Seraphiꝫ, oibꝰ Angelis, et Archan
gelis, Thronis, et Dñationibꝰ, Principatibꝰ, et
Potestatibꝰ et Uirtutibꝰ cęlorū, et beatoꝝ spi
rituū, et p scm̄ Johānem Baptistā: et p oēs Pa
triarchas, et Prophetas, et oꝛones omniū scōꝝ
Apostolorū Petri, et Pauli, Andreę, Jacobi,
Johānis, Thomę, Jacobi, Philippi, Bartho
lomęi, Matthei, Simonis, et Thadęi, Mar-
ci, Lucię, et Johannis. Et per orationes omniū
sanctarū, et sanctorū martyrū, Stephani, Uin-
centij,

centij, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurētij, Hippolyti, Leonis, Georgij, Theodori, Chrispini, Christofori, Dionysij cū socijs suis. Et per orōnes omniū sanctorū, et sanctarū virginū: beatę Marię sēper virginis, Marię Magdalenę, Marię Salome, Marię Aegyptiacę, Annę, Perpetuę, Felicitatis, Agathe, Lucię, Cęcilię, Marthę, Catharinę, Cōstātię, Anastasię, Eulalię, Eugenię, Scolasticę, Reparatę, Barbarę, Helenę, Uenerabilis, Margaritę, Julię, Teclę, Brigidę, Ueronicę, et Susānę. Et per orōnes omniū scōrū ꝯfessorū Syluestri, Martini, Hilarij, Britij, Augustini, Ambrosij, Hieronymi, Gregorij, Nicolai, Benedicti, Columbani, Mauritij, Leonardi, Blasij, Gaij, Antonij, Pauli, Ludouici, Elię, Juliani, Cosmę, et Damiani, et omniū sanctarū cęlestiū virtutū, et per crucifixū scm̄ viatorem, et victorē, et per eū, q liberauit genus humanū a potestate tenebrarū, et per hęc scā noīa oīa, et p orōnes, q̄ in hoc libro scriptę sūt: dissoluant aduersū famulū Dei N. omnia vincula, et ptātes diaboli, et a maligno oculo, et a ꝟtute diaboli liberet per prēz, et filiū, et spm̄ scm̄. amen. Cōiuro vos maligni spūs per nomē Dei viui, et per ꝟtutē ei⁹, q principiū nō hēt, neque finē, q super nubes ambulat, et super pennas ventorū: et per angelos, q corā eo stant: quorū facies apertę sūt: vt vi-

